esse non sceptro ut opus facias prophete. Et quidem ille non regnaturus ascendit sed extirpaturus. Putas ne et tu invenias aliquid elaborandum in agro domini tui. Et plurimum. Non plane totum quod vel eruderare prophete, aliquid filiis suis apostolis quod agerent reliquerunt, aliquid et parentes tui tibi. Sed nec tu ad omne sufficis. Aliquid et successori tuo relinques et successor aliis usque in finem. Circa undecimam denique horam operarii otii arguuntur et mittuntur in vineam. Tui predecessores tui apostoli audierunt quia messis quidem multa operarii vero pauci. Patrium tibi vendica hereditatem. Nam si filius et heres ut probes heredem evigila ad curam et non otio torpeas ne et tibi dicatur: Quid hic statis tota die otiosi. Multo minus oportet inveniri aut deliciis resolutum aut rerum pompis. Nil horum tibi ex tabule testatoris assignatur. Sed quid si illarum tenore contentus sis. Curam potius hereditabis et onera quam gloriam et divitias. Si blanditur cathedra. Specula est. Inde denique superintendens sonat tibi episcopi nomen non dominium sed officium. Quidni collocaris in eminenti unde omnia prospectes qui speculator super omnia constitueris. Enim vero prospectus iste parturit non otium. Quomodo liberet gloriari ubi quiescere non licet. Nec locus est otio ubi sedula urget sollicitudo omnium ecclesiarum. Nam quid tibi dimisit aliud sanctus apostolus. Quod habeo inquit tibi do hoc. Quid illud. Unum scio non est aurum neque argentum cum ipse dicat: Argentum et aurum non est michi. Si habere contingat utere non pro libito sed pro tempore. Sic eris utens illis quasi non utens. Ipsa quidem quod ad animi bonum spectat nec bona sunt nec mala, usus tamen horum bonus, abusio mala, sollicitudo peior, questus turpior. Esto ut alia quacumque ratione hoc tibi vendices sed non apostolico iure. Nec enim tibi ille quod dare quod non habuit potuit. Quod habuit hoc dedit sollicitudinem ut dixi super ecclesias. Numquid dominationem. Audi ipsum. Non dominantes ait in clero sed forma facti gregis. Et ne dictum sola humilitate putas non etiam veritate, vox domini est in ewangelio: Reges gentium dominantur eorum et qui potestatem habent super eos benefici vocantur. Et infert: vos autem non sic. Planum est apostolis interdicitur dominatus. Ergo et tu et tibi usurpare aude aut dominans apostolatum aut apostolicus dominatum. Plane ab alterutro prohiberis. Si utrumque simul habere velis perdes utrumque. Alioquin non te exceptum illorum numero putes de quibus queritur deus sic: Ipsi regnaverunt et non ex me, principes extiterunt et ego non cognovi. Iam si regnare sine deo iuvat habes gloriam sed non apud deum. At si interdictum tenemus audiamus edictum: Qui maior est vestrum ait fiat sicut minor et qui precessor est sicut qui ministrat. Forma apostolica hec est: dominatio interdicitur ministratio

Que et commendatur ipsius verbo legislatoris qui peritus adiungit Ego
autem in medio vestrum sum tanquam qui ministrat. Quis se iam titulo
vel ingloriosum putet quo se prius dominus glorie prefiguravit. Merito Paulus
gloriatur in eo dicens Ministri Christi sunt et ego. Et addit ut minus
sapiens pro dico plus ego in laboribus plurimis in carceribus habundancius
in plagis supra modum in mortibus frequenter. O preclarum ministerium. Quo
non id gloriosus principatu. Si gloriari oportet forma tibi sanctorum prefigitur
apostolorum proponitur gloria. Parva ne tibi illa videtur? Quis mihi tribuat
similem fieri in gloria sanctorum. Clamat propheta Michi autem nimis
honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus
eorum. Clamat apostolus Michi autem absit gloriari nisi in cruce domini
mei Ihesu Christi. Hac glorieris opto hoc optimo genere glorie quam
apostoli et prophete delegere sibi tibi [illegible] tibi. Agnosce hereditatem
tuam in Christi cruce in laboribus plurimis. Felix qui dicere potuit
plus omnibus laboravi. Gloria est sed nil in ea inane nil molle
nil remissum. Sed labor terret? Merces invitet. Unusquisque enim
secundum suum laborem mercedem accipiet. Et si ille plus omnibus labo-
ravit non tamen totum elaboravit et adhuc locus est. Exi in agrum
domini tui et considera diligenter quam hodieque quasi de veteri maledicto
pullulat spinis et tribulis. Exi inquam in mundum. Ager est
enim mundus. Ipse creditus tibi. Exi in illum non tanquam dominus sed
tanquam villicus videre et procurare unde exigendus es rationem. Exi
duxerim quibusdam passibus tue intente sollicitudinis et
sollicite intentionis. Nec enim ipsi qui missi sunt ire in orbem
universum urbem tenuerunt sedentes corpore sed mentis prudentia.
Et tu leva oculos quosdam considerationis tue et vide regiones
si non sunt magis sicce ad ignem quam albe ad messem. Quam
multe quas putaveras fruges diligentius inspecte vepres
patius apparebunt. Immo nec vepres quid amore vetustatis se
arbores sunt. Sed non perfecto fructifere nisi forte glandium
aut siliquarum quas porci manducant. Quousque occupant terram.
Nonne si excides et eius ista pudebit otiosam iacere securim
pudebit sine tua falcem apostolicam accepisse. Sic hic quondam
agrum ysaias prophetica exercuerat tuo primo nobis etiam occurrunt.
Et ut scriptura habet exierat ad meditandum ille ad inve-
stigandum / tu ad extirpandum egrediaris necesse est. Tibi iam
pressisse meditatio sit tempus faciendi pre manibus. Si autem he-
sitare in vepres id quod fore cum iusta complevit salvatoris
sedisse debueras cum estimasse opus motum veros pande-
basse sapiam mixta temperasse principes spectasse litteras

ager ergo puta tempus putacionis adesse si meditacio eius preiit
Age et si tot monstris monenda manus lingwa monenda est
et manum attinge gladio tuo gladio spiritus quod est verbum dei
Exere manum et brachium dexteram in faciendo vindictam in
nationibus increpationes in populis in alligando reges eorum in com-
pedibus et nobiles eorum in manicis ferreis Si hoc facis honori-
ficas ministerium tuum non mediocris iste principatus Extirpare est
has malas bestias attamen tuus quo greges tui securi in pascua
educantur clamabis lupus sed amicus non dimiseris pasto-
das utique non perimendas suscepisti Si hoc considerasti quia scis hoc
te oportere facere non ignoras porro scienti et non facienti peccatum
est tibi non es oblitus ubi legeris Servus sciens voluntatem
domini sui et non faciens dignus plagis vapulabit multis Si
prophete sic apostoli factitabant fortes fuere in bello non molles in se-
ris Sed filius es apostolorum et prophetarum et tu fac similiter videlicet
tibi nobile genus patribus maioribus quod non aliunde nobile quam merito
in generositate et fidei fortitudine sunt per fidem vicerunt regna
operati sunt iusticiam adepti sunt promissiones Habet cyrographum
paterne tue hereditatis quod tibi evolvimus ubi inspicias portionem
quo te contingit perdice fortitudine et hereditasti possidete fidem
possidete pietatem possidete sapientiam sed sapientiam scientiam ipsa est timor
domini et habes quod tuum est habes sine defraudacione integram
primam fundatam perfectissimum fundum vero est bonum fundum humilitas
in quo omne edificium spiritale constructum crescat in templum sanctum in
domino per hanc nonnulli possidere etiam partes in imitatorem Hanc tu
virtutum eque potens demoniorum arma debellare superbiam
et tyrannidem horum Certum tamen indifferenter pone hoc
sic expedita tres fortitudinis a facie in summi vestro quo
parto tibi vis cuius maior in maioribus et in clarioribus clarior
comprobatur Nulla splendidior gemma in omni preprie or-
natu summi pontificis Quo cum tempore ceteris eo in humilitate
apparet illustrior et se ipso Arguar forsitan quod non satis plenius
explicaverim partibus instruas nescio quibus filius offerent desuper
inchoavimus quale te oporteat esse sed nec dum quis sis plenius
expressisset Credo cum vestiens in primum paschate apice inde-
hominis inde festinamus induere insignibus priscis absque hiis
nempe eo deformior quo illustrior pares Nunc quid potes
civitatis precipue motem posite abscondi despiciendi aut latere

Simia in tecto
summus lucide conlucete super candelabrum
rex fatuus in solio sedens. Et nunc audi canticum meum minus suave
sed salutare. Monstruosa res gradus summus et animus infimus
sedes prima et vita ima lingua magniloqua et manus ociosa
sermo multus et fructus nullus vultus gravis et actus levis ingens
auctoritas et nutans stabilitas. Ad meum speculum fedum se inuultum
in eo vultum agnoscat. Tum gaude dissimilem inveniri. Suspice tamen
et tu ne forte et si sit vel minus placeat tibi. Etiam in quo debeas
displicere non deest. Volo glorieris testimonio conscientie sed non minus
ut eadem humilieris. Rara avis nichil michi conscius sum. Cautior
incautius ambulas si et mala non lateant. Qua ab re ut divi-
nonis te ut inter angustias que non desunt securas conscientie
bonus magis aut ut scias quid desit tibi ita tamen non desit. Quid
illi desunt? Qui nil sibi deesse putat. Quid si summus pontifex
es. Numquid quia summus pontifex ideo summus? Infimum noveris esse
si summum putas. Quis summus? Cui addi non possit. Gravius erras
si te illum existimas. Absit. Non tu de illis es qui dignitates
virtutes putant. Tibi ante experte virtus quam dignitas fuit. Au-
gusti reliquerunt illam summi alicui dum solis honoribus
non timent timueruntque verbi gratia Nabuchodonozor Alexander An-
thiochus Herodi. Tu non considera non consumacionem summum te dici
sed comparacione inter mente putes comparatus dicere minorem sed
ministrorum. Sic te existimet homo ut ministrum Christi. Et qui aliquod
preiudicio culpa sanctitatis dumtaxat summum plane inter ministros
alios, ut tu te adsciscunt velim non putare summum aut velle
putari. Nunquam es ita quo perfectus si iam sufficis tibi. Non sit pro-
inde tibi aut pigrum vestigare quid desit verecundum loqui
et tu vate antecessoris tui quod non iam acceperim aut iam perfectus
sim. Et rursum Ego me non arbitror apprehendisse. Habet pro-
pria sciencia habet longe ab illa que inflat. Hanc qui apponit appo-
nit et dolorem. Sed dolorem hunc nemo unquam sapiens sibi fugit.
Est quippe medicinalis dolor per quem stupor ille letalis cordis duri
et impenitentis excluditur. Et ideo sapiens qui dicere potuit
et dolor meus in conspectu meo semper. Sed iam repetende reliquie
si que sint loci illius a quo paulo diutius. Age indagemus
adhuc diligentius quid sis quam geras pro tempore in persona ecclesia
dei. Quis es? Sacerdos magnus summus pontifex. Tu princeps
episcoporum tu heres apostolorum. Tu primatu Abel gubernatu Noe pa-
triarchatu Abraham ordine Melchisedech et dignitate Aaron

Auctoritate moyses iudicatu samuel potestate petrus unctione christus
Tu es cui claves tradite cui oves credite sunt Sunt quidem
et alii celi ianitores et gregum pastores sed tu tanto gloriosius
quanto et differentius utrumque pre ceteris nomen hereditasti Habent
illi sibi assignatos greges singuli singulos tibi universi crediti
uni unus nec modo ovium sed et pastor tu unus omnium pastorum
Unde id probem queris ex verbo domini Cui enim non dico episcoporum
sed etiam apostolorum sic absolute et indiscrete tote commisse
sunt oves Si me inquit amas petre pasce oves meas
Quas illius vel illius populos civitatis aut regionis aut certe regni
Oves meas inquit Cui non planum non designasse aliquas sed as-
signasse omnes Nichil excipitur ubi nichil distinguitur Et forte
presentes ceteri condiscipuli erant cum committens uni unitatem omnibus
commendaret in uno grege uno pastore secundum illud Una est columba
columba mea formosa mea perfecta mea Ubi unitas ibi perfectio
Reliqui numeri perfectionem non habent sed divisionem recedentes ab unitate
Inde est quod alii singuli singulas sortiti sunt plebes scientes sacramentum
Denique Jacobus qui videbatur columpna ecclesie una est contentus
Jherosolomitha petro universitatem cedens pulchre vero ibi positus est
suscitare semen defuncti fratris ubi est occisus ille Nam dictus est
frater domini Porro cedente domini fratre quis se ingerat alter petri
prerogative Ergo iuxta canones tuos alii in partem sollicitudinis
tu in plenitudinem potestatis vocatus es Aliorum potestas certis arctatur
limitibus tua extenditur et in ipsos qui potestatem super alios
acceperunt Nonne si causa extiterit tu episcopo celum claudere tu
ipsum ab episcopatu etiam tradere sathane potes Stat ergo inconcussum
privilegium tuum tibi tam in datis clavibus quam in ovibus commendatis
Accipe aliud quod nichilominus prerogativam confirmat tibi Discipuli navigabant
et dominus apparebat in littore quodque erat iocundius in corpore
redivivo Sciens petrus quia dominus est in mare se misit et
sic venit ad ipsum aliis navigio pervenientibus Quid istud nempe
signum singularis pontificii petri per quod non navem unam ut ceteri
quique suam sed seculum ipsum suscepit gubernandum Mare enim
seculum est naves ecclesie Inde est quod altera vice instar domini gra-
diens super aquas unicum se christi vicarium designavit qui non uni
populo sed cunctis preesse deberet Siquidem aque multe populi multi
Ita cum quisque ceterorum habeat suam tibi una commissa est grandissima
navis facta ex omnibus ipsa universalis ecclesia toto orbe diffusa
Hec quis es Sed noli oblivisci etiam quid Nam et ego non sum
oblitus quoniam promisisse repetitionem in opportunitatem Quam

optime tamen eos quos es etiam quod ante eras consideras Resp. dicis
eras et inter eos quod desinas intueri quod non desisti esse vna parte
consideratio est quod fuis et quod es nam quod eris fructus altius non
oportet ut ista extendat illam instructionis Es enim ut dixi adhuc
quod eras et non tamen hoc est quam quod factus potes forte et magis
denique illud natus est es mutuatus sed non nihil mutatus non de
certo illud sed istud adiectio Tractemus utrumque sicut tamen ut
prefati me memini collate comunite ambe non utiliores
sicut dixi prius considerandi quod es nam attende qua es homo
nam homo natus es porro per veritati quicquid prone respon
debitur nomine quod es cuius quodquidem factus non natus es
Resp. tibi hoc videtur ad punctum esse tui principale prime quod
factus autem quod natus Namque quod natus hoc ergo compulo tibi consideres
maxime quod maxime es homines vix quod et natus es inter
nos quod natus sed et qualiter natus oportet ~~frangat Tolle prode~~
attendas si non vis tue considerationis fructu et utilitate
frangat Tolle prode inter hereditaria hec ornamenta abinitio
maledicta scindere velamen filiorum celantium ignominiam
non plagam tegentium dele furtivo fugatis honores tamen et male
colorate [illegible] gloriam ut tamen nudum consideres quam nudus egressus
es de vtero matris tue Nunquid insulatus nunquid mitratus gemmis
aut floridus sericis aut tinctus gemmis pennis aut purpur
tinctus metallis Si tu hec velut nubes quasdam matutinas
velantes transeuntes et cito pertransituras dispergas et excutias
a facie considerationis tue occurrat tibi homo nudus pauper plorans
quod natus sit miserabilis quod sit homo natus ad laborem non ad ho
norem homo natus de muliere et ab hoc reatu breui viuens
tempore Ideoque cum metu repletus multis miseriis et propterea cum fletu
Et vere multis quia corporis et anime sunt Resp. enim calamitate
vacat nascenti [illegible] fragili corpore et mente sterili vere ergo
repletus tui infirmitas corporis et fatuitas cordis cumulatur
tradente [illegible] mortis adiectione Salubre capitulo ut cogitatus
te [illegible] pontificem attendas [illegible] vilissimum cuncrem non
fuisse sed esse [illegible] cogitatio naturam [illegible] et quod
dignum est auctore nature [illegible] ymaginem [illegible]
Namque [illegible] homines [illegible] vite [illegible] collige
ut Namque auctor nature [illegible] verbum limumque
contemperauit [illegible] tibi [illegible] formam tamen de [illegible]
originis quam de [illegible] ut altus [illegible] non alta

sapiens sis sed multa de te sentiens humilibus consentiens
Unde si consideraveris quantum es cogita etiam qualis et maxi-
me hoc te faciet consideratio tenere nec in te nec a te avolare
sciens non ambulare in magnis neque in mirabilibus super te. Sane
consideratio non infra deici non attolli supra non evadere in longius
non extendi in latius. Tene medium si non vis perdere modum
locus medius tutus est. Medium sedes est modi et modus virtus
Omnem extra modum mansionem sapiens exilium reputat. Itaque
non est illi hereditare in longo quod ultra modum sit sed nec in
lato quidem quod extra sit porro nec in alto aut imo quod alterum
supra alterum infra sit. Denique et longitudo extraneum habere
solet dilatatio scissuram et altitudo nimia et profunda absorp-
tionem. Dico hoc planius ne me putes ea loqui que apostolus
comprehendere hortatur cum omnibus sanctis longitudinem latitudinem
sublimitatem et profundum quod latius erit et disputationis et
temporis illud. Aut longitudo dicta tu sibi forte longiorem promittit vitam
latitudo tu superfluas animum distendit curas. Altitudo tu de se plus
presumit profundum tu se plus deicit. Qui igitur longa sibi metitur
tempora nomine vero ingreditur et extremum sufficientis vite terminos
producturus sollicitudine. Inde est quod homines imperiti a se se [illegible]
pro [illegible] in alia [illegible] sollicitudine migrant secula
iam presentia ymo nec futura. Complectatur animum distentum
in multa multiplex latetur curis. Nec est nempe immoderata
contencio extenuatorum et extenuatio nimia scissionem facit
Iam vero alta presumptio quid nisi ruinosa precipitatio est. Legisti
nimirum ante ruinam exaltatur cor. Quid contra regione nimie pusilla-
nimitatis deiectio nisi desperata quedam absorptio est. Hinc haut
forte non deicitur prudens longioris vite non abducetur
incerto modestus moderabitur curas temperabit a superfluis
non deerit necessariis. Porro iusto alacritas se non presumet
sed loquetur cum iusto Si iustus fuero non levabo caput
Tu ergo in hac consideratione tui caute ambules et tota extate
verseris ut nec plus vero tribuas nec plus iusto parcas
porro plus non tribuis non modo arrogando quod non habes totum
sed quod habes ascribendo vigilanter. Distingue quantum ex te et
qualis sis dono dei et non sit in spiritu tuo dolus. Erit autem
nisi fideliter partiens tua tibi et que sunt dei deo sine fraude
respicies. Certe mala a te esse persuasum tibi non ambigo
Sane inter considerationem quantus sis et qualis fueris admirandum

consuetudinem conferenda postponenda prioribus preferre ne in
virtute incipiat in intellectu in planitate monendi an ab aliis forte
quam absit defectus patiuntur. Sis an impatientior solito iracun
dior lenior ne implacabilior an humilior an austerior exora
bilior an difficilior pusillior animis an magnanimior se
verum magis an plus dissolutus timoratior an forte fidentior
quam oporteat. Amplum latumque tibi patet campus in hac parte consideranti.
Memoro ego pauca veluti quedam seminaria proferens non
tam ipse serens sed dans semen serenti. Oportet compositum
tibi zelus tuus clementia tua discretio quoque moderatrix
earundem virtutum. Quare vix in condonando vel puniendis. Quales
sis in ulciscendis, quam in utroque prudens modi loci temporis et
discretionis. Prorsus consideranda tua hec in primis virtutum haud
ne non sint virtutes sed preter hec reputantur. Nempe eadem
modo non natura virtutes sed usus sunt. Nam ex se indiffe
rentes esse noscuntur. Tuum est aut abutendo et confunden
do facere vitia aut bene ordinate que utendo virtutes. Solet
discretionem oculo caligante alternatim sibi propria loca temere
occupare porro caliginis due sunt species cause ira et
mollior affectus. Sed iudicii censura eiusdem illa precipitat. Quo
ab altero non prolixetur aut pietas clementie aut zeli recti
tudo. Turbatus pura oculus clementie nil intuetur sufficienter
fluxum quodam et muliebri mollitie tu vero non videt
ira eris commotus, si aut punias eum cui forte prodesset
esse ut parcas ei qui fuerat puniendus in tribulacionibus quoque
quante te ingenue nolo dissimiles. Sed constantem intimis
condolentie in alienis gaudere scitu cordis hac Ex regione
perfectissimum si tamen in ipsis deprehendaris forte impatientis
anime te in alienis compatientis senseris. Quid si in prosperis
aut nihil nec est quod considerantem sollicitet. Est utique si diligentius
attendas quam rarus sit certus qui non ut modicum
necessitate amplectit apud custodiam et disciplinam. Quem
hec instante non sint ad disciplinam quam ignis a terram quod
solis radiis ad nive ut glacie. Sapiens David Sapiens
Salomon sunt sed blanditiebus nimiis sedis rebus aliis ex
parte alterius exteriori desipuit. Magnus qui intendens rebus
tum extendit ut parvus apparet ut minor sui prius felicitatis

si accepit non incepit Nunquam facilius invenies qui sapientiam
contempserint contraria sibi fortuna quam prosperitas non perdidit De
fendus est ille et magnus est cui inter prospera solito visus
videtur tenacior aut sermo insolentior aut in moderatior cura
vestis vel corporis non preripit Et si tibi sapiens hortatur
sapientum sententia in otio tacendum et in otio actum est fugienda
proinde compotacio cum nugacibus nocuita contractio inter seculares
iunge iunge sunt in ore sordidatis blasphemie contendimus
tamen si invidant fenide fortassis offende nunquam Magis
in subveniendum caute et prudentis iniquitati prorumpe
Cum sane imperitum quidque non modo velit sed libenter audiat
et semper sedeant otiose Consecrasti os tuum eloquiis talibus
Jam aperire illicitis aperiente sacrilegium est labia sacerdotis
ut custodiunt scientiam et legem requirunt ut de ore eius non
nugas confecto vel fabulas verbum scurrale quod faceti urbani
que nomine colorant non sufficit pergit nil ab ore procul et
ab aure cave relegandis fide ad cathinum monens sedulus
mones Parvo detrahere aut detrahentem audire quid horum
damnabilius sit non facile dixerim de avaricia non est quod
tibi fatigare intuitum cum pecuniam tanquam paleam de
calcare habere non proprium non est pro illa timeas a subiectis
tuis Sed non est quod nimius sepe nec novit ininique impediant
indicantibus solet de quo magis quid intus lateat contra
late teneatur Quid illud sit quere Accepto promeris non sui
te retro petere existimes si facies peccatorum suscipis et non
patiens causas iudicas mitius Est tibi vitium cum si te cum
ne sentis inter eius quos nomen cathedris qui cathedras aste
detinet sedebis me vidare solitum quia varietas singulariter
levasti te super te iuxta prophetam sanctitas credulitatis hoc
est tum calidissime vespertile magistri venunct campi
satis cunisse operacius Inde eius ipsis quinchelo tibi multe
unde Innocentia frequens addicio unde vindicta in
absentes gratulor autem tibi non enim assentatum apud
te vereor mitte notis gratulor inquam prodente te usque ad
hunc absque cum querela vita ac et sine culpa tu videris ut adeo
quod sibi te sub quadam commendacione Ceterum alius precipere hic siquidem
tuus ceteriparatibus suus timor competentior est

finis superius

Finis superioris libri hunc principium ponit post multa pro-
missum illius considerandum que sub te sunt. Que vero sunt
illa non est quod a me querendum putes sacerdoti optimo Eugenio
rerum fortasse quam non sunt quam orbis excipiendum cui que
forte velit explorare que non ad curam pertinent tuam putes tui desti-
nati sunt non aliquas regiones sed ipsum debellaturi orbem. Ite in
orbem universum dictum est illis. Ipsi vendentes tunicas emere gladios
igniti eloquii et spiritus vehementis arma potentia deo. Quo non per-
venerunt victores incliti filii excussorum. Quo non sagitte
potentis acute cum carbonibus desolatoriis. Et quidem in omnem
terram exivit sonus et in fines orbis terre verba eorum. Penetra-
bant et incendebant verba illa utpote ignis quem misit dominus in ter-
ram. Occumbebant bellatissimi bellatores sed non succumbebant tri-
umphabant et mortui. Nimis confortatus est principatus eorum. Con-
stituti sunt principes super omnem terram. Eis tu successisti in hereditate
Ita tu heres et orbis hereditas. At quis hoc partis te contingat
aut contigerit illos id sobria consideratione pensandum. Non enim
per omnem modum sed sane quodam tenus ut mihi videtur dispen-
satio super illum tradita est non data possessio. Si pergis usurpare
et hanc contradicit tibi qui dicit Meus est orbis terre et plenitudo
eius. Non tu ille de quo propheta Et erit omnis terra possessio eius
Christus hic est qui possessionem sibi vendicat et iure creationis
et merito redemptionis et dono patris. Cui enim alteri dictum Postula
a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos
terre. Possessionem et dominium cede huic. Tu curam illius habe. Pars
tua hec ultra ne extendas manum. Quid inquis non negas preesse
et dominari vetas. Plane sic quasi non bene presit qui preest sollicitudine.
Numquid non et villa villico et parvulus domino subiectus est pe-
dagogo. Nec tamen ville ille nec hic sui domini dominus est. Ita et tu
presis ut fidelis servus et prudens quem constituit dominus super
familiam suam. Ad quid ut des illis escam in tempore hoc est
ut dispenses non imperes. Hoc fac et dominari ne affectes hominum
homo ut non dominetur tui omnis iniustitia. Adsatis superque
ad intimandam superius quae sis disputaretur. Addo tamen
et hoc nam nulla tibi venenum nullum gladium plus formido
quam libidinem dominandi. Certe ut multum tibi tribuas si multum
deceptus non es nil te existimas plus accepisse a magnis
apostolis. Recordare illius vocis illius Sapientibus et insipientibus
debitor sum. Et si non indebitum tibi ipsum tempus hoc quoque

sunt memento debitorem molestum nomine sinceritati patrum quam
dominanti congruentius Verumtamen audit Dominus dixit Domino
meo Ergo si te agnoscis sapientibus et insipientibus non dominatorem
sed debitorem curandum summopere tibi et tota vigilantia precavendum
quomodo et qui non sapiunt sapiant et qui sapiunt non desipiant
et qui desipuerunt resipiscant aut nullum genus insipientie infidelitate
ut ita loquar insipientius Ergo et infidelibus debitor es iu-
deis grecis et gentilibus Interest proinde tua dare operam quam
possis ut increduli convertantur ad fidem conversi non avertantur
porro perversi ordinentur ad rectitudinem subversi ad veritatem revocentur
subversores invictis racionibus convincantur ut vel emendentur ipsi
si fieri potest vel si non perdant auctoritatem facultatemque alios subvertendi
non omnino et illa insipientie species pessima tibi dissimulanda
dico autem hereticos scismaticosque nam hii sunt subversi et sub-
versores canes ad scindendum vulpes ad fallendum Tales inquam
corrigantur maxime tuo studio aut corrigendi ne pereant
aut ne perimant coercendi Esto de iudeis excusat te tempus
habent terminum suum qui preveniri non poterit plenitudinem gencium
preire oportet Sed de ipsis gentibus quid respondes ymo quid
tua consideratio respondet tibi percunctanti sic Quid visum
patribus ponere metam ewangelio verbum suspendere fidei dum in-
fidelitas durat Qua racione putamus substitisse velociter currentem
sermonem quis primo inhibuit hunc salutare cursum Et illis tu forte
quam nescimus aut necessitas potuit obstitisse Nobis quid dissimulandi
est racio Qua fiducia qua consciencia nos nec offerimus christum his qui non
habent An veritatem dei in iniusticia detinemus Et quidem quandoque
veniat plenitudo gencium necesse est exspectamus ut in eas incidat
fides Cui credere casu contingit Quomodo credent sine predicante
Petrus ad Cornelium philippus ad Eunuchum missi sunt Et
si exemplum recentius querimus Augustinus a beato Gregorio destinatus
est formam fidei tradere anglis Et de his tu ita tecum Ego addo
et de pertinacia grecorum qui nobiscum sunt et non sunt iuncti
fide pace divisi Quanquam et in fide ipse claudicaverunt a se-
mitis rectis Et item de heresi que clam pene ubique serpit apud
aliquos sevit palam nam parvulos ecclesie passim et publice
deglutire festinat Queris ubi hec Viri qui terras australes
sepe visitant hii sciunt et possunt dicere tibi Eunt et re-
deunt per medium illorum aut transeunt secus sed boni adhuc
tuo illis exierunt nec deo audivimus Et forsitan audivissemus
nisi paucio hyspanie salus pulso velivisset tunc est et plage huic
remedium providere Sed est insipiencia que ipsam quoque iam

Iste modum stultam fecit sapientiam fidei Quo et ipsam catholicam
pete totam hic yrens in fecit illam deum et in ipsa quisque quam una
sunt quorum sicut ut inveniri invidentes invicem provocantes ex
ardescunt ad odia animantur ad iniurias armantur ad lites
accenduntur ad dolos feruntur ad detractiones precipitantur ad ma-
ledicta opprimuntur a fortioribus opprimunt infirmiores Quam digne
et laudabiliter occupatur meditatio cordis tui adversus tam pesti-
lentis incipere genus quod corpus ipsum Christi quod est multitudo credentium
occupasse cognoscas. O ambitio ambientium crux quomodo omnes torquens
omnibus places nil acrius cruciat nil molestius inquietat
nil tamen apud miseros mortales celebrius negotiis eius An non
limina apostolorum plus iam ambitio quam devotio terit An non vocibus
eius vero tota die resultat palatium An non questibus eius tota
legum canonumque disciplina insudat An non spoliis eius omnis Y-
talica inhiat inexplebili aviditate rapacitas Quid ita tua
ipsius spiritualia studia non saltem interrumpit sed abscidit Quotiens
sancta ac fecunda abortiri otia fecit inquieta et inquietans
malitia Aliud est quod ab oppressis appellatur ad te aliud autem quod ambitio
in ecclesia per te regnare molitur Nec decent illius nec huius ali-
quatenus consentire oportet quam non inique fruetur illa consentitur
illi utrisque tamen debitor es illis ut corrigas istis ut reprimas
Et quid intendit de appellationibus proprie aliquatenus non est abre
Magno misterio et pio opus intentum est ne quod magnum fuit inventum te
provisum male utendo reddatur inutile Multum videtur et in
multa passe casus devenire paritur si non summo moderamine mite
attemperatur Appellatur de toto mundo ad te id quidem in testimonium
singularis primatus tui At tu si sapis non primatu gaudebis sed fructu
Apostolis dictum et inhat nolite gaudere quod spiritus subiciuntur nobis
Appellatur ad te ut dixi et utinam tam fructuose quam ne-
cessarie utinam non oppressi clamant sentiat oppressi et
non superbiat impius ubi incenditur pauper quam tam decorum
ut ad invocationem nominis tui oppressi fugiant versuti non refugiant
Quid excepcione tam perversum tam ratione alienum ut letetur
qui malum fecit et qui tulit in cassum fatigetur Inhumanissime
non moveris erga hominem cui illate iniurie cumulant dolorem
et labores itineris et dampna expensarum sed nichilominus
iniquissime illum non moveris qui huic tot calamitatum
primus auctor primus extitit causa Evigila homo dei cum hec
contingunt moveatur misericordia moveatur et indignatio
tua Alteram leso alteram ledenti debes compleatur illud

dampnorum restitucionem priorum satisfaccionem pro iniuria prouocacionis talis primo mors
Cum isto ita agatur ut peniteat fecisse quod non timuit facere
et non deperiet innocentis videat arbiter idem debere pati illum
qui sine causa forte appellauit formula hec iusticie prefigit
tibi et dominice commutabilis racio equitatis et ni fallor ipsa appella
cionum lex ut illicite usurpata appellacio nec prosit appellanti nec
appellato absit sed quod eum frustra fatigauit sit dampno Quam
plenum iusticie qui voluit bonum proximum appellasse inique iniquum
est impune transire inique appellantem iniquam appellacionem
fomes iniquam aut omnis appellacio ad quam iusticie inopia
non coegit appellare non omnino ut graues sed si grauaris licet
appellandum a sentencia ante sentenciam autem omnino nisi ob manifestum
grauamen presumitur appellacio Qui igitur non grauatus
appellat liquet quia aut grauare intendit aut tempus redimere
non est autem suffragium appellacio sed refugium Quantos nouimus
appellasse pulsatos quo interim liceret quod numquam licet Nonnullos etiam
quo admissi sunt licuisse appellacionis suffragio nefaria queque ubi
causa incestus adulterium Quale est hoc turpitudini patrocinari
quod maxime formidari a turpibus oportebat quousque murmur
uniuerse terre aut dissimulas aut non aduertis Quousque dormitas
quousque non euigilat consideracio tua ad tantam appellacionum
confusionem atque abusionem preter ius et fas preter morem et
ordinem fiunt Non locus non modus non tempus non causa discernitur
aut persona presumuntur leuiter passim plerumque et nequiter volen
tes malignari nonne hiis potissimum terreri solebant Nunc terror
ipsi magis hiis sunt atque id bonis Antidotum versum in vene
num non mutacio dextere excelsi hec est Appellantur boni a malis
ut non faciant bona et supersedent auare tonitruum tuum formidantes
Denique appellantur episcopi ne illicita audeant matrimonia soluere
ut prohibere Appellantur ne rapinas ne furta nec sacrilegia et
que huiusmodi sunt punire ullatenus ut cohibere presumant Appellatur
ne indignas et infames personas a sacris officiis beneficiisue
ne repellere seu amouere queant Quod tu inuenis remedium morbo
huic nec quod repertum ad remedium fuit reperiatur ad mortem Zelatus
est dominus domum oracionis factam speluncam latronum Et tu eius minister
dissimulas miserorum refugium datum arma iniquitati Videas
precipi passim partes oppositas et precipue ad appellandum non tam
grauatas quam grauare volentes Quid hac misterii Tamen
est considerare non mediocriter sometari istud et cur iniquis male
appellanti non venit ostensuri quod pro eorum iniquiorem Quid
dico quod dicere adhuc solent Nolumus vexare frustra nos curia
esse qui polluimus foueant appellantibus foueant appellaciones

Cessaris Rome domini residere prorsus fateor me non omnino detrectare
huius. Quid das michi in tam crebris appellationibus que hodie fiunt
qui perperam intimus ut minimum restituit illi que forte appella
rit. Mirum nisi vobis per ista omnes et appellantes iniusti et appellati
rei vestro examine inventi sunt. Diligite inquit iusticiam qui
iudicatis terram. Parum est iusticiam tenere nisi et diligatis. Qui
tenent tenent, qui diligunt zelantur. Amator iusticie
requirit iusticiam et persequitur eam. Porro omnem iniusticiam
persequitur. Nichil tibi et illis qui appellationes et venationes
putant. Pudet eloquii quod apud ethnicos in vertitur parabolam
duos nonnumquam certos pugiones ut inquit loquitur plus facere
quam iusticie. Hoc tu si amas iusticiam appellationes non affectas
sed pateris. Verum quid emolumenti affert ecclesiis dei tua vindi
cans iusticia ubi sententia prevalet aliorum affectorum. Ac illud loci
illius erit non reperit versus que ita te premit. Nunc vero non te
conspicimus omnino vacare appellationibus. Hinc quia appellationes
ad legitimum si fieri potest revocares usum. Et pro hoc mea contra
ut parvus tueretur sententia. Dico appellationes ut non contempnendas
sic nec usurpandas. Omnino porro horum quod impleverimus tene
remus aut facile deprehendimus nisi quod usurpata quedam videntur
inditione contempta necessitate ac prohibitione forte acrius impertiunda
que amplius noceret aut non vere nocentior est mala usus
ipsorum peior. Ignorancia ipsa est que ipsum ius nature aut con
temnat aut contaminat ita sepe rebus et processibus prorsus
gratiam nomine demit sed addit. Quid secundum accep
tius usurpata tamen abundantius indigne tractata minime
acceptatur. Magis habet dampnationem quam debitum venie
racem non hunc fateor grande et generale mundo bonum et
appellationes usque ita necessarium quam solem ipsum mortalibus.
Revera quidam sol iusticie prodens ac redarguens opera te
nebrarum proinde fovende et manutenende sed quas extorserit
necessitas non calliditas adinvenerit usurpatione. Sunt
enim has omnes non pro iniquitate sed ex pluralitate
importunitatis. Quid in venerit in contemptum. Quanti ut tibi
quamquam deferrent etiam de proprio recedere ante ne longe et
tanto opere fatigarentur plures tamen amittere non

ferentes appellationes immo optimas et celsa nomina importunius
contempserunt. Dicto aliquid quod ad rem pertinet exempli causa. Quidam
sibi publice desponsaverunt uxorem adest adest dies celebris nuptiarum
parata omnia invitati multi. Et ecce homo concupiscens uxorem proximi
sui in vocem appellationis inopinate prorumpit affirmans sibi traditam
prius sibi patuisse debere. Stupet sponsus herent omnes sacerdos
non audet progredi frustratur omnis apparatus ille descendit quisque
in domum suam in tecta manducaturus sponsa a mensa et thalamo
sponsi suspenditur quousque Roma redditum est. Parisius con
tigit hoc nobili Galliarum civitate sede Regia. Rursus in civitate
eadem quidam sibi desponsata uxore diem constituit nuptiarum
interim emergit calumnia dicentibus quibusdam non debere eos
iungi ad audientiam ecclesie causa delata est. Sed non expectata
sententia appellatum est sine causa sine gravamine solo frustra
torie dilationis intuitu. At ille sine respectu que paravit sine
dilatione tamen diu frustrando consorcio nolens nichilominus quod pro
posuerat contempta sive dissimulata appellatione peregit. Quid illud quod in
Antissiodorensi ecclesia nuper a quodam adolescente presumptum est nempe
defuncto sancto episcopo volentibus clericis alium ut moris est eligere sibi inter
venit ille appellans et vetans ne fieret quousque iret et redisset ab
urbe. Qui tamen appellationi nec ipse detulit. Nam cum videret se con
temptui tamquam qui irrationabiliter appellasset accitis quos potuit
sibi tertia post factam ab aliis electionem fecit suam. Cum itaque ex his et
huiusmodi talibus liqueat non ex contemptu gigni usurpationem sed
ex usurpatione contemptum videris tu quid sibi velit quod zelus vester assidue
pene vindicat illum istam dissimulat. Vis perfectius cohibere con
temptum. Cura in ipso utero pessime matris prefocari germine nequam
quod ita fecit si usurpatio digna animadversione mulcetur. Tolle usur
pationem et contemptus excusationem non habet. Porro inexcusa
bilitas ausum comprimet ita fiet ut penitus usurpator et contemptor
nullus erit aut admodum rarus. Beneficies tu quod appellationum neglecto
suffragio uno suffragio multa remittis negotia ad cognoscentes
vel qui nosse citius possunt ubi cum certior et facilior notio sit
ubi decisio tutior expeditiorque esse potest. Tua plenum gratie quod
multorum sine dubio et laboribus parcis et sumptibus. At quibus
sit credas id tibi omnimodis attendendum putavi. Multa de eadem
utilitate addere hiis possem memor propositi mei contentus interim occa
sione dedisse ad alia transeo. Et primum quod occurrit minime
transeundum reor pre ceteris et singulariter ad quod exigit tibi
dies consideratio. Nunquid ut de subditis tractas nequaquam

sed ut ipsi dote principem te constituerunt sed plus non tibi Alioquin quo
pacto te reputas superiorem hiis a quibus beneficium mendicas Audi dominum
qui potestatem habent super eos benefici vocantur At istud de hiis qui
foris sunt Quid ad vos Tu iam mendaciter diceris si non tam bene
ficiis esse quam beneficus esse intendas Parum decreti quod animi est
deprehenditur non affectum quaerere subditorum sed questum ipsum se primo
presertim cum nichil turpius Quam pulchre magister gentium parentes filiis non
filios debere censuit thezaurizare parentibus Non mediocris glorie vox
illa dicentibus Opus non quaero datum sed fructum At iam transeamus
et sunt neque morari in hiis mea auditione nec nota mihi preterire
Quae quam longe ante sit libro superiori tetigimus sum sciens quanta et
iniquata tua sinceritate repperieris Ad te providere respiciens ista non spectat
te tempore quod tibi solvitur soli prodesse non dicet hic locus avaritiam
torpet a quo vitio immunis satis tua anima est cui et amplius tu videris
vidimus tamen ut oblata a pauperioribus causa que tangere non acqui-
esce germanitas detinuisse sacros sed propter non massa argentum
reputatum est ferrum pondera non levati sarcinis onusti incolumes
repatriavit vel inviti Nova res quis hactenus aurum Roma respu-
it Et nunc Romanorum consilio id usurpatum non credimus Duo ve-
nerunt ambo locupletes et ambo ambo rei Prior unus Magun-
tinus Coloniensis alter Alteri gratia gratis reddita est Alter indignus
credo cui gratia redderetur audivit Cum qua veste intrasti in
tali egredieris O vocem magnificam vocem prorsus apostolice libertatis
Quid nunc ab illa hac habuit pecunia tua tecum sit in perditionem
nisi quod in illa plus zeli in ista plus modestie sonuit Quid ille
de transmarinis partibus pene a finibus terre terra et mari curren-
s pepercit suis et alienis facultatibus credo rursus iam cur-
erat primus Tulit multa sed retulit non Amat non incidit
in fures immo in manus alienas vel accipere quam dare potentiores
Benefecisti tuas in utroque servans in neutro vel in pane sedi am-
bitioso nec supponere iniquo mamone acquiescens Illo sit
a paupere episcopo constituisti dans quod daret ne immunificus nota-
retur Accepit clam quod palam dedit Sit de tuo facto con-
sultum est verecundie viri Sic quoque tutus modum gerens
tuo beneficio invidiam declinavit eorum que diligunt mu-
nera Non potes abscondere et factum nominis et propterea audire
gravat Et ego eo libentius predico quo id molestius audis
Et tibi sic expedit et michi sic Tamen non oportet erga gloriam
me placere quam nec te querere tuam Et si prius in numerare

adhuc respondebitur tibi ex evangelio Quanto eis precipiebat
tanto magis plus predicabant dicentes bene omnia fecit Audi
aliud si tamen aliud ad idem cum fortassis pertineat quod dicam Cum
consideracione videant hec / michi videtur non longe abesse a disse
tire quod id forte minus amicicie speciem locandum putavit Ego vero
illius aut speciem esse aut speciem non habere negaverim Hanc
minus est tue professionis et malas res et malarum preter species
deuitare Specialis tonsure vestitus et forme tonsulis puta tibi non
nove licere et si alias fortassis liceat quidquid male fuerit colo
ratum / denique interroga maiores tuos et dicent tibi Ab omni
specie mala abstinete vos Hanc ministri dominum domini imitemur
quia ipse ait Qui michi ministrat me sequatur et habes de
illo dominus regnavit decorem indutus est indutus est dominus fortitudinem
Tu quoque esto fortis in fide decorus in gloria et probasti te imi
tatorem dei fortitudo tua fiducia fidelis consciencie Decor tuus
splendor bone opinionis Ita queso indue fortitudinem etenim
gaudium domini est fortitudo tua porro specie tua et pulchritudine
tua intende tamquam speciei similitudine delectatur Indue
vestimenta glorie tue vestire duplicibus quibus domesticos tuos
fortis illa mulier consueuit induere Illa sit in conscien
cia castis infirmatis modestia et fidei ista sit in fama nemini
male speciei et vestitus duplicibus Et gaudebit sponsus super
sponsam animam tuam et gaudebit super te deus tuus Caput
quartum Hec ignarus usque adhuc quid dicere velim Non te celo
diutius / murmur loquor et querimonias ecclesiarum Truncari se
clamant ac dememberari vel nulle vel pauce admodum sunt
que plagam istam aut non doleant aut non timeant Queris
quam Subtrahuntur abbates episcopis episcopi archiepiscopis
archiepiscopi patriarchis sive primatibus Bona species hec Mirum
si excusari queat vel opus Sic factitando probatis vos habere
plenitudinem potestatis sed iusticie forte non ita Facitis hoc quia
potestis sed utrum et debeatis questio est Honorum ac
dignitatum gradus et ordines quibusque suos servare
positi estis non invidere ut quidam vestrum ait Cui honorem
honorem Spiritualis homo ille qui omnia diiudicat ut ipse a ne
mine iudicetur omne opus suum trina quadam consideratione
preveniet Primum quidem an liceat deinde an deceat
postremo an expediat Nam et si constet in christiana

utique philosophia non decere nisi quod licet non expedire nisi quod decet et licet
non continuo tamen omne quod licet decere aut expedire consequens erit
Igitur optimum si possimus tria ipsa operari simul Ac quomodo non in
decens tibi voluntate pro lege uti et quia non est ad quem appellere
potestatem exerceri neglecta ratione Tu ne maior domino tuo qui
ait non veni facere voluntatem meam Quamquam non minus decenti
quam elati animi est veluti rationis expertem non pro ratione sed
pro libito agere nec iudicio agi sed appetitu Quid tam bestiale Et
si indignum cuivis utenti ratione vivere pecus quis ante vivere
omnium tantam contumeliam negetur honorem in iniuriam ferat Sic
degenerando quod absit iumentale obprobrium fecisti semper tibi homo cum
in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insipien
tibus et similis factus est illis Quid item tam indignum tibi quam
ut totum tenens non sis contentus toto nisi in minutias quasdam
atque exiguas portiones ipsius tibi tradite universitatis tamquam
non sint tue satagas nescio quomodo adhuc facere ubi etiam
meminisse te volo parabola Nathan de homine qui centum oves
oves habens unam que erat pauperis concupivit Sic quoque ve
niat factum immo facinus regis Achab qui regni summa te
nebat et unius vineam affectavit Avertat deus a te quod ille
audivit Occidisti et possedisti Nolo autem pretendas michi fructum
emancipationis ipsius nullus est enim nisi quod episcopi inde insolentiores
monachi dissolutiores fiunt Quid quod pauperiores Inspice dilige
ntius catim ubique libertatem et facultates et vitas si non puden
da admodum et tenuitas in hys et in illis petulancias invenitur
Matris nempe libertatis gemina soboles hec Quid ni procedat
~~libentius~~ licentius vagum et male liberum vulgus ubi non sit
qui arguat Quid ni licentius spolietur ac depredetur
inermis religio cum non sit qui defendat Quo enim refugium
illis nunquid ad episcopos dolentes iniuria Ridentibus profecto
aspiciunt oculis sive qui faciunt mala sive qui patiuntur Que
demum utilitas in sanguine isto vereor ne illa quod in propheta
comminatus est deus ille iniquus in iniquitate sua morietur
sanguinem autem eius de manu tua requiram Sic enim et ex
tollitur qui subtrahitur et cui subtrahitur vincitur qui sub
trahit quod innocens Parum est in volumine igitur audi apertius
si hys qui murmurabat scilicet clamat mortuus est quem
instigat quod vivit Quo vero non reus morte ambobus
et ipse pater qui gladium dedit sic ambo morerentur

hoc est quod dixeram attendisti et possedisti. Adde quod qui audiunt
scandalizantur, indignantur, detrahunt et blasphemant, hoc est
vulnerantur ad mortem. Non est bona arbor faciens fructus
tales insolentias dissolutiones dilapidationes simultates scandala
odia quodque magis dolendum inter ecclesias inimicitias graves
perpetuasque discordias. Vides quam verum sit: Omnia
mihi licent sed non omnia expediunt. Quid si forte non licet?
Ignosce mihi, non facile adducor licitum consentire quod illicita
parturit. Tunc denique tali licito renuens prius ecclesias muti-
lare membrum, confundere ordinem, perturbare terminos quos
posuerunt patres tui. Si iustitie ius est suum cuique servare, auferre
cuique sua iusti quomodo potest convenire? Erras ut si summa ita et sola
instituta a Deo vestram apostolicam potestatem existimas. Si hoc sentis
dissentis ab eo qui ait: Non est potestas nisi a Deo. Proinde quod sequitur:
Qui potestati resistit Dei ordinationi resistit, etsi principaliter pro te
facit, non tamen singulariter. Denique idem ait: Omnis anima potestatibus
sublimioribus subdita sit. Non ait sublimiori tamquam in uno,
sed sublimioribus tamquam in multis. Non tua ergo sola potestas a Domino:
sunt et mediocres, sunt et inferiores. Et quomodo quos Deus
coniunxit non sunt separandi, sic nec quos subiunxit comparandi.
Monstrum facis si manum submovens digitum facis pendere
de capite superiorem manui, brachio collateralem. Tale est si in
Christi corpore membra aliter locas quam ipse disposuit, nisi tu
putas alium esse qui posuit in ecclesia quosdam quidem apostolos,
quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios doctores
et pastores ad consummationem sanctorum in opus ministerii in edifica-
tionem corporis Christi. Atque hoc corpus quod tibi ipse Paulus suo vere
apostolico figurans eloquio et capiti convenientissime aptans
totum ex eo compactum et connexum per omnem iuncturam
subministrationis secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri
augmentum corporis faciens in edificationem sui in caritate. Nec tu
vilem reputes formam hanc quia in terris est exemplar habens in
celo. Neque enim Filius potest facere quicquam nisi quod viderit
Patrem facientem, presertim cum ei sub Moysi nomine dictum
sit: Vide omnia facias secundum exemplar quod tibi in monte
monstratum est. Viderat hoc qui dicebat: Vidi civitatem sanctam
Ierusalem novam descendentem de celo a Deo paratam. Ego enim
propter similitudinem dictum reor quod sicut illic seraphim et
cherubim ac ceteri quique usque ad archangelos et angelos

ordinantur sub uno capite deo ita hic quoque sub uno summo pontifice primates vel patriarche archiepiscopi episcopi presbyteri vel abbates et reliqui in hunc modum non est parvipendendum quod et deum habet auctorem et de celo ducit originem Quod si dicat episcopus nolo esse sub archiepiscopo aut abbas nolo obedire episcopo hoc de celo non est nisi tu forte angelorum quempiam audisti dicentem nolo sub archangelis esse aut quempiam alium de quolibet inferiori ordine aliquem non ferentem subesse cuiquam nisi deo Sed dicis nequis plebes dispensare non sed dissipare non sumus tam rudes ut ignoremus positos vos dispensatores sed in edificationem non in destructionem / denique queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur ubi necessitas urget excusabilis dispensatio est ubi utilitas provocat dispensatio laudabilis est utilitas dico communis est non propria Nam cum nihil horum non plane fidelis dispensatio sed crudelis dissipatio est Nonnulla tamen monasteria sita in diversis episcopatibus quod specialius pertinuerunt ab ipsa sui fundatione ad sedem apostolicam pro voluntate fundatorum quis nesciat Sed aliud quod largitur devotio aliud quod molitur ambitio impatiens subiectionis Et haec dicta de his

Superest quoniam generaliter super universe ecclesie statum intendat consideratio tua si plebes clericis si clerici sacerdotibus si sacerdotes deo in ea qua oportet humilitate subiecti sunt si in monasteriis et religiosis locis fruitur ordo viget disciplina si super prava opera et dogmata censura ecclesiastica vigeat si floreant vinee honestate et sanctimonia sacerdotum Si flores fructus parturiant obedientie fidelium populorum si denique vestra ipsa apostolica mandata et instituta ea qua dignum est sollicitudine observentur ne quid in agro domini tui aut neglectu incultum aut fraude preceptum inveniatur passim inveniri ne dubites michi in promptu est ut multa et iam nunc permittam que passim neglecta iacent non nulla etiam de his que plantavit dextera tua tempus sit monstrare Nomine abbot tuum in Remensi concilio subiecta capitula promulgavit Quis ea tenet quis tenuit Fallens si teneri putas si non putas ipse peccasti aut statuens que non tenerentur aut quod non tenentur dissimulans Proinde aio ut tam episcopi quam clerici neque in superfluitate seu inhonesta varietate colorum aut scissura vestium neque in tonsura intolerentur quorum forma et aspectu

esse debent offendant aspectum sed potius ita ipsius actibus enim
ta condempnet et amorem sanctimonie tonsurati demonstrent
sicud dignitas exigit ordinis clericorum Sed si moniti a superi
oribus infra xl dies non obtemperaverint ecclesiasticis beneficiis
se adeo pontificali auctoritate priventur Episcopi vero si prefatam penam
irrogare neglexerint quia inferiorum culpe ad nullos magis refe
rende sunt quam ad desides negligentes que rectores tam diu
ab officio pontificali abstineat donec penam canonibus constitutam
clericis sibi subiectis imponat Illud etiam duximus annectendum ut
nullus in archidiaconum vel decanum nisi diaconus et presbiter ordinetur
Archidiaconi vero decani et prepositi qui infra ordines prenominatos
sunt si inobedientes contempserint ordinari honore suscepto
priventur Prohibemus autem ne adolescentibus vel infra sacros
ordines constitutis sed qui prudencia et vite meritis clarescunt
predicti concedantur honores / Verba tua hec tu sanxisti Quid
effectui mancipatum adhuc adolescentes adhuc qui infra
sacros ordines sunt in ecclesia prominent Et ad primum
capitulum quod continet luxus vestium interdictus sed non restrictus
pena dictata sed nunc secuta est Iam quartus annus
est ex quo datum mandatum audivimus et neminem adhuc clericorum
privatum beneficio neminem episcoporum suspensum ab officio invenimus
At luxum carissimo dignum quod secutum est Quid hac impuritas
iniurie proles insolencie mater radix impudencie trans
gressionum nutrix Et beatus si omni sectatus cura cum suo
parente tamen iniuria Sed adhuc tu operam dabis Et nunc
leva oculos tuos et vide si non eque ut prius pellicula discolor
sacrum ordinem decolorat Si non eque ut prius fissura e
normis prope inguina nudat Solent dicere Numquid de vestibus
cura est deo et non magis de moribus At forma hec vestium
deformitatis mentium et morum indicium Quid sibi vult quod
clerici aliud esse aliud videri volunt Id quidem minus castum minus
sincerum Nempe habitu milites questu clericos actu neutros
exhibent Nam neque pugnant ut milites neque ut clerici
ewangelizant Cuius ordinis sunt Cum utriusque esse
cupiunt utrumque deserunt utrumque confundunt Unus
quisque in suo ordine resurget isti in quo An qui sine ordine
peccaverint sine ordine peribunt Aut si summe sapiens
deus veraciter creditur a summo usque ad infimum nihil inordinatum
relinquere vereor non alibi ordinandos quam ubi ~~ordo~~ sed

Vestes clericorum

nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. O miserandam sponsam
talibus creditam paranymphis qui assignata cultui eius pro-
priis quaestibus non verentur. Non amici effecti sponsi sed aemuli sunt.
Et de his satis quae subter sunt. Sed non admirare quod est multo
minus circa te ad id quod cepisti ego ut respondeam iam quae circa te
sunt sed ad ea ostium nobis liber quartus aperiet.

Si mihi plenius promisissem amantissime Eugeni priora quae
libens acceptares secundum hoc vel fidentius in reliquum pro-
cessissem ut timidius aut certe subsistitissem omnino. Nunc vero
quia ab oculorum distantia ad manum datur non mirum si prodit
exilior sermo anceps incitudine fultior. Admodum vicinus
primus est itaque considerationis pars libris prioribus pertracta-
in manibus est de his addo quae circa te sunt. Et ipsa quidem
subter sed quo sunt priora eo importuniora tibi nempe circa
te. Instantia non admittunt non dissimulationem non oblivionem. Ve-
hementius urgent et turbulentius premunt. Verendum ne obruat.
Circa eiusmodi quam sobria et intenta consideratione opus
sit ipse te appende, et a tuo peritus ego ambigo. Alioquin si non
tanta optimisque intuendum considerato occupato ... continuabitur
et vexationis non erit modus et sollicitudinis non erit finis,
non tempus vacuum non liberum cor, plus laboris et minus uti-
litatis. Dico autem instantiam tuam illam cotidianam a curia
ad ecclesiam ecclesia tua haec nempe circa te sunt clerus et plus
tuus in specialibus ... et inter ... curtalis curie tenens debitores
hii quoque qui tibi cotidie assistunt seniores ipsi orbis iudices
et qui item de domo et mensa tua sunt capellani cubicularii
ministri quique diversis deputati officiis in obsequium tui hii te fami-
liaris visitant frequentius pulsant molestiusque sollicitant
hii sunt qui verentur pietatis dilectione et amplius velit

Et primo quidem clerum illum ordinatissimum esse
decet qui proprie in omnem ecclesiam dei cleri for-
mam exegit, deinde quod ... agit te patiente id tibi turpius
iniuriosum est gloriae sanctitati tuae ut quos proximos habes ita
ordinati sint ut sint informati qui sit totius honestatis et
ordinis ipsa speculum ipsa sint forma inveniantur. Praeterea
expedit expeditos ad officia idoneos ad sacramenta ad plebes
erudiendas sollicitos circumspectos semet custodiendos
in omni castitate. Quid de populo loquar? populus Romanus

Nec breuem pati nec expressius hic aperire dictus pretendo
quod sencio. Quid tam notum seculis quam proteruia et fastus
et fastus Romanorum insueta paci tumultui assueta gens
immitis et intractabilis usque adhuc subdi nescia nisi cum non
valet resistere. En plaga tibi incumbit cura hec dissimulare
non licet. Rides me forsitan fore incurabilem persuasus
Noli diffidere curam exigeris non curacionem. Denique audisti curam illius
habe et non cura vel sana illum. Verum dixit quidam non est in medico
semper releuetur ut eger. At melius dictum propono tibi. Paulus loquitur
plus omnibus laboraui. Non ait plus omnibus profeci aut plus omnibus fructi-
ficaui verbum insolencie religiosissime vitans. Alias autem nouerat ho-
mo que dabit deus quia vnusquisque secundum suum laborem accipiet non secundum
prouentum. Et ob hoc in laboribus potius quam in profectibus gloriandum puta-
uit sicut alibi quoque habes ipsum docentem in laboribus plurimis
Ita quoque fac tu quod tuum est nam deus quod suum est satis absque solli-
citudine et anxietate curabit. Planta riga fac curam et tuas ex-
pleuisti partes. Sane incrementum vbi voluerit dabit deus non tu
vbi forte noluerit tibi decrescit nichil dicente scriptura. Reddet deus mer-
cedem laborum sanctorum suorum. Securus labor quem nullus valet e-
uacuare defectus. Et hoc dixerim absque preiudicio diuine potencie
et dignitatis bonitatis. Etiam induratum cor ipsorum illius sed potens
est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahe. Quis scit si conuer-
tatur et ignoscat deus conuertat et sanet eos. Sed non est proposi-
ti michi dictare quid facere debeas tibi utinam passim que oportet
et prout oportet persuadeam. At locus dubius et scrupulosa indiget dispu-
tacione. Nam ubi audacior dixero quod sencio video satis quod imminet
clamabit insuetum inauditum negatum non patitur. Ego vero ne insuetum
quidem assenserim. Nempe assuetum fuisse scio. Hec propheta indispositum
potuisse venire sed non redire in insuetum. An vero assuetum quis
neget quod constat non modo aliquando factum sed aliquamdiu factitatum
Quid illud sit dictum et non preterit. Num quid non placebit sa-
trapis plus maiestati quam veritati fauentibus. Fuerunt ante te qui
se totos omnibus pascendis exponerent pastoris opere et nomine gloriantes
nil sibi reputantes indignum nisi quod saluti omnium obuiare putarent
non querentes que sua sunt sed impendentes. Impendere curam impendere
de substancia impendere et se ipsos. Unde vnus illorum et ego aut
superimpendar pro animabus vestris. Et tanquam dicerent non venimus ministrari
sed ministrare ponebant quociens expedisset sine sumptu euangelium
Unus erat de subditis questus vnica pompa vna voluptas si quo
modo possent parare domino plebem perfectam id omnino etiam in multa tribulacione
tedijs et corporis inedia et cum ecclesia in fame in siti in frigore
et nuditate. Vbi nunc queso consuetudo hec? Subiit dissimilis valde longe

in aliud mutata sunt studia et utinam non in peius. Cura tamen et
anxietas et emulatio et sollicitudo fateor pervenerunt. Translata
hec non imminuta. Scelestiorum vero plebeos quod nec sibi parcit non magis
quam ante densa aut locatos dissimilitudine facit magna abusio
et pauci ad os legislatoris admirantur omnes respiciunt non in modico
omne papale negotium. Ille arguit quem dabis michi de tota maxima
urbe qui te in papam receperit precio seu spe precii non interveniente. Et
nunc patentissimum volunt dominari cum professi sunt servitute fideles se
spondent ut opportunius fidentibus noceant. Ex hoc non erit consilium
tibi a quo se arcendos putent nec secretum quo se non ingerant. Si
steterint pro foribus quocumque illorum mora ut modica fecit ostiarius ego
pro tuo illo esse nolo. Et nunc experire paucis noverim ne et ego ut
aliquatenus mores gentis. Ante omnia sapientes sunt ut faciant
mala bonum autem nesciunt. Hii invisi terre et celo utrique iniecere manus
impii in deum et temerarii in sancta seditiosi in invicem emuli in vicinos
inhumani in extraneos. Quos neminem amantes amat nemo et cum
timeri affectant ab omnibus omnes timeant necesse est. Hii sunt qui subesse
non sustinent preesse non norunt superioribus infideles inferioribus importa
biles. Hii inverecundi ad petendum ad negandum frontuosi. Hii in
portuni ut accipiant inquieti donec accipiant ingrati ubi acceperint.
Docuerunt linguam suam grandia loqui cum operentur exigua. Lar
gissimi promissores et parcissimi exhibitores blandissimi adu
latores et mordacissimi detractores simplicissimi dissimula
tores et malignissimi proditores. Sed currimus hic plenius tractatus
excessimus amonendum putantes horum que circa te sunt in hac
parte iam ad ordinem revertamur

Quale est quod de spoliis ecclesiarum emuntur qui dicunt tibi
euge euge. Pauperum vita in plateis divitum seminatur.
Argentum micat in luto, accurritur undique, tollit illud
non pauperior sed fortior aut qui forte citius precucurrit. Ab hoc
tamen more seu potius morte ista incepit in te, utinam desinat.
Ad reliqua pergamus. Inter hec tu pastor procedis deauratus
tam multa circumdatus varietate. Oves quid capiunt. Si
auderem dicere demonum magis quam ovium pascua hec. Scilicet
sic factitabat Petrus sic Paulus ludebat. Vides omnem ecclesiasticum
zelum fervere sola pro dignitate tuenda. Honori totum datur sanctitati
nichil aut parum. Si causa requirente paulo submissius agere
et socialius te habere temptaveris, absit inquiunt non decet
et tempori non congruit maiestati non convenit quam geras personam
attendito. De placito dei ultima mentio est, de iactura salutis

nulla cunctatio nisi quod sublime est hoc salutare ducimus et quod
gloriam redolet id iustum Ita omne humile probro ducitur inter palatinos
ut facilius qui esse quam qui apparere humilis velit invenias Timor
domini simplicitas reputatur ne dicam fatuitas Virum circumspectum
et amantem proprie consciencie calumpniantur ypocritam Porro amatorem
quietis et sibi interdum vacantem inutilem dicunt Quid ergo tu in
ter eos ne adhuc adeptus adeptas qui circumdederunt te laqueis
mortis Quaeso sustine paululum et sub parva me sinas deviare
non tam temere quam timide hec loquenti Emulor te emulacione
et utinam quam vehementer tam utiliter Scio ubi habitas increduli
et subversores sunt tecum lupi non oves sunt talium tamen tu pastor
Utilis consideratio qua forte invenias quo si fieri possit convertas
eos ne ipsi subvertant te Quid diffidimus posse converti in
oves e quibus versi in lupos potuerunt Hic non parco tibi
ut parcat deus

Pastorem te populo huic certe aut nega aut exhibe
non negabis ne cuius sedem tenes te neget heredem
Petrus hic est qui nescitur processisse aliquando vel gemmis
ornatus vel sericis nec tectus auro nec vectus equo albo nec
stipatus milite nec circumstrepentibus septus ministris absque hiis
tamen credidit satis posse impleri salutare mandatum Si amas
me pasce oves meas In hiis successisti non petro sed constan
tino Consulo toleranda pro tempore non affectanda pro debito Ad ea
te potius incito quorum te scio debitorem Et si purpuratus
et si deauratus incedens non est tamen quod horreas operam
curamve pastoralem pastoris heres non est quod erubescas
evangelium quamquam si volens evangelizes inter apostolos etiam
quedam gloria est tibi evangelizare pascere est opus fac
evangeliste et pastoris opus implesti Dracones inquis me
mones pascere et scorpiones non oves Propter hoc inquam magis
aggredere eos sed verbo non ferro Quid tu denuo usurpare
gladium temptes quem semel iussus es reponere in vaginam
Quem tamen qui tuum negat non satis michi videtur attendere
verbum domini dicentis sic Converte gladium tuum in vaginam
Tuus ergo et ipse forsitan tuo nutu et si non tua manu
evaginandus Alioquin si nullo modo ad te pertinet et hiis
dicentibus apostolis Ecce gladii duo hic non respondisset
dominus satis est sed nimis est Uterque ergo ecclesie et spiritualis
scilicet gladius et materialis sed is quidem pro ecclesia ille

ecclesia habet duos gladios

vero et absque ea querendus ille perdat se miles manu sed sane
admittat perdat et ipsum imperatorem. Et de hac alias. Nunc vero
arripe illum quem tibi ferendum creditus es et vel unam ad salutem
si non omnes si non vel multas de ceteris quas possis. Ita sunt iniquis
melior quam mei. Nunc illorum domus exasperans non dico audivit
sed non resipiscit. Ideo tu insiste magis si forte audiat et quiescat
cessat. Insiste et desistentibus dicendo hec forte nunc dicam
unum intra illa vas instat opportune importune. Hunc si audes
nimium appellato prophete proprietur. Clama ne cesses. Ad quos
nisi ad sceleratos et peccatores. Annuncia inquit populo meo
scelera eorum et domui Jacob peccata eorum. Prudentius adverte
et sceleratas plebes et populis dum putant idem debiis. Et si
scelerati. Et si iniqui vide ne audias quod uni ex minimis meis
non fecisti nec mihi fecisti. Fateor populum istum extitisse usque adhuc
dura fronte et indomito corde sed utrum ne etiam indomabili
nescio. Unde liquido scire possis. Potest fieri nec dum sunt. Si
diffidis tu sed apud deum non erit impossibile omne verbum. Si du-
ra fronte sunt duratus et tu contra tum nil tam durum quod
duriori non cedat. Dominus ad prophetam dedi frontem tuam duriorem fron-
tibus eorum. Unum est quod te absolvit si egisti tu populo illo ut possis
dicere popule meus quid tibi debui facere et non feci. Si pro fecisti
perfecisti est demum quod facias et quod dicas. Exi de ur caldeorum et dicito
cuma et aliis civitatibus quod me evangelizare. Puto nec penitebit
celi orbe pro urbe commutato

Veniamus ad collaterales tuos et coadiutores hii fideli
tibi hii intimi sunt. Quamobrem si boni sunt tibi potissimum
sunt si mali sunt eque plus tibi. Ne te dixeris sanum dolente
latere. Hoc est ne te dixeris bonum malis circumstantibus. Aut si
bonus per bonitas tua solius quem fructum auferre potest. Sicut
in superiori libro dixisse memini. Quid nisi emolumenti
affert ecclesie dei tua unius hominis iusticia ubi prava prevalet
aliter affectorum. Sed nec tuta tibi bonitas tua obsepta
malis non magis quam sanitas vicino serpente. Non est quo
te subducas malo intestino. Et exceptione bonum domesticum
eo amplius quo sepius primat. Sed si leviter pius gravat
tui ceterius imputando quam tibi qui tales aut elegisti aut
admisisti. Non de omnibus dico. Ita sunt quos non elegisti sed ipsi
te. At potestatem non habent nisi quam tu eis aut tribuere aut
permiseris. Ad idem ergo vertuntur. Tibi imputatur quidquid
patiuntur ab eo qui pro te potestatem fecere. Nihil hic excepto deceptio

non considerate ut videas eligendi qui seu colligendi sunt in apostolici misterii
huius dum est undecumque evocare et assistere tibi exemplo Moysi
senes non iuvenes sed senes non tam etate quam moribus quos
tu nosti quia senes populi sunt An eligendi de toto orbe orbem
iudicaturi Sane hunc rogatus non se ingerat rogans consilio
non prece agendum est Erunt qui necessario animos rogantium aut
extorqueat importunitas aut necessitas mereretur Ac ista huiusmodi que
nota sunt tibi aut non licet facere quod volo quis locus roganti
Nisi forte qui me rogat hoc rogat ut quod vult velle liceat michi
et non magis ut velim Alius pro alio alius forte pro se rogat
pro quo rogare sit suspectus Qui ipse rogat pro se iam iudicatus
hoc nisi est pro se ~~iam iudicatus est~~ An per aliud quis roget
Clericum curie frequentantem qui non sit de curia advenientem vere
pertimesce ambientium genus Adulantem et applaudentem cuique loquentem
unum de rogantibus puta etiam si nichil rogavit Scorpium non est
in facie quod formides sed pungit a cauda Si ad talium blandicias
cor tuum ut assolet molliri senseris memento scriptum Omnis homo
primum vinum bonum ponit cum autem inebriati fuerint tunc id quod deterius
est Pari pavore estimaveris eius humilitatem qui timet et eius
qui sperat viri calidi et dolosum proprium esse solet tunc pretendere
humilitatem cum aliquid obtinere voluit de qualibus dicit scriptura
Est qui se humiliat nequiter et interiora eius plena sunt dolo De vobis
ipsius sume sive huius evidens ac familiare exemplum Quantos
quos supplices admisisti postmodum sustinuisti graves insolentes
contumaces rebelles Et quid intimus malum regunt primitiva
pastenora perdunt verbalosum adolescentem et studentem eloquentie
cum sapiens sit in aliis non aliud quam iusticie hoste reputes quod
humanos fluis fratribus dicit tibi nigri Quamvis cito nomen imposuimus
Excludo itaque universe hac pestilenti genere hanc curie tibi magis
sit introducere tales quos postmodum introduxisse non peniteat
Turpe est tibi sepius retractare quod feceris et indecens tuam sequentem
perditam non decet diligentes pervide omne quod faciendum est tracta
apud te et cum hiis qui te diligunt Tracta ante factum quia
post factum sera retractatio est Sapientis consilium est omnia fac
cum consilio et post factum non penitebis Et hoc tibi persuade
qui admittendi sunt difficile in curie posse probari Et ideo si fieri
sit probatos oportere diligi non probandos Nos in monasteriis recipimus
omnes spe meliorandi At curie bonos facilius recipere quam facere
consuevit Quippe si plures in ea defecisse bonos quam malos pro-
fecisse probavimus querendi sane quibus nec defectus timeatur
nec profectus optetur ut pote iam perfectis Itaque nec

volentes neque currentes assumito sed cunctantes sed renitentes
Quos cogere illos et compellere intrare in talibus ut amor consequetur
spiritus timens qui non sunt atrite frontis sed verecundi sed timorati
preter deum tamen timeant nichil nichil petent nisi ad eos Qui
voluntatem non magis attendant sed necessitatem Qui sicut velut
pro afflictis et inducent in equitate pro mansuetis terre qui sunt
compassi ad miseros probati ad testimonium / pati ad obedientiam / mansueti
ad patientiam subiecti ad disciplinam / rigidi ad censuram / catholici ad fidem
fideles ad dispensationem concordes ad pacem conformes ad unitatem
Qui sunt in iudicio recti in consiliis prudi in iubendo districti / in
disponendo industrij in agendo strenui in loquendo modesti / in ad
versitate securi in prosperitate devoti / in zelo sobrij in misericordia non remissi
in otio non otiosi in cura rei familiares non anxij / aliene iniu
cupidi / sue non prodigi ubique et in omnibus circumspecti Qui legationem
pro se fungi quotiens opus est nec iussi renuant / nec non iussi
affectant Qui quod verecunde recusant abstinaciter non renuunt
Qui missi pecuniam aurum non credunt sed Christum sequuntur qui questum legationem
non estimeant nec requirant datum sed fructum Qui regibus
Iohannem exhibeant egiptiis moysen fornicantibus phinees / helyam
ydolatris / helyseum avaris / petrum mentientibus paulum blasphemantibus
tibus negotiantibus Christum qui avulsi non spernant sed doleant / divites
non palpant sed terrent pauperes non gravent sed foveant mi
nas principum non paveant sed contempnant Qui cum turba intret
nec cum ira exeant qui ecclesias non spolient sed emendent Qui
marsupia non exhauriant sed corda reficiant et crimina corrigant
fame prudeant sue nec invideant alienae Qui orandi studium
gerant et usum habeant ac de omni re plus orationi fidant quam
sue industrie vel laboris quorum ingressus pacificus modestus
egressus sit Quorum sermo edificatio sit vita iusticia presentia grata me
moria in benedictione Qui se amabiles probeant sed actu non fastu
Qui redarguant malignantes coherceant reddent retributionem
superbis Qui non dotate viduae ut patrimonio crucifixi se ut suos
ditare festinant gratis dantes quod gratis acceperunt gratis fa
cientes iudicium in iniuria patientibus vindictam in nationibus incre
pationibus patrones in sepulchris Qui totus demum spiritu ista illorum
lege magis accepisse cernatur per quae in absentes sine pudore
contendunt placere tibi / placere deo qui ad te redeant fatigati qui
dem sed non suffarcinati Quinimmo et gloriantes non quod curiosa seu
preciosa queque terrarum attulerint sed quod reliquerint pacem regnis
legem barbaris quietem monasteriis ecclesiis ordinem clericis disciplinam
deo populum acceptabilem sectatorem bonorum operum

Dignum ad medium venire factum dulcis memorie Martini nostri
Nosti hoc sed an memineris ignoro. Is cardinalis presbiter functus
aliquando legatione in dacia tam pauper remeavit ut pene ex-
pensis et equis deficientibus vix pervenerit florentiam. Ibi episcopus loci
donavit ei equum quo pisas usque ubi eramus tunc profectus est. Post-
tridie credo secutus episcopus erat enim illi causa cum adversario et agen-
de aderat dies. Cepit requirere suffragia amicorum cumque per singulos
sollicitarentur ventum est ad martinum. Fiducia erat maior in illo
qui non posset immemor esse recentis beneficii. Tum martinus decepisti
me inquit nesciebam tibi imminere negotium. Tolle equum tuum ecce
in stabulo est. Et hora eadem resignavit illi. Quid dicis mi Eugeni
nonne alterius seculi res est redisse legatum de terra auri sine auro
transisse per terram argenti et argentum nescisse donum insuper quod
poterat esse suspectum illico reiecisse. Sed ostende michi latinum
pariter ubi incidit occasio memorandi et nominandi purissimi
ardoris virum

Ad propriam loquor Carnotensem Gaufridum qui legationem in
partibus aquitanie propriis sumptibus strenue amministravit per
annos plures. Ipse loquor quod vidi ipse. Eram cum illo intra
illa cum quidam presbiter pro caritate illi est piscem que vulgo vocant
sturgionem. Percunctatus legatus quanti veniret et non accipio
inquit nisi receperis pretium et resignavit solidos quinque invito
et renitente. Item cum essemus in quodam oppido domina illius oppidi
obtulit illi pro devotione cum manutergio duas vel tres parapsides
pulchras ligneas satis quas aliquandiu homo scrupulose conscientie lau-
davit eas sed non acquievit accipere qui argenteas accepisset
qui ligneas refutavit. Non fuerunt qui potuissent dicere legato
ditavimus abraham. Ipse vero cum samuele libere loquebatur ad
omnes loquimini de me coram domino et coram christo eius utrum bovem
cuiusquam tulerim aut asinum si quempiam calumpniatus sum si oppressi
aliquem si de manu cuiusquam munus accepi et contempnam illud hodie
vobisque restituam

Et si talium daretur virorum copia quales prememinimus nunc
quid te felicius quid illo tam iocundius seculo. Nonne secunda
ab eternitate illorum tibi temporum beatitudo videretur cum te
quoquoversum procedens stipatum videres tam inclito agmine
beatorum. Et te video heres et aliud trahens suspirium tecum loqueris
putas fore posse quod dicitur putas hec primis quousque hi fuerunt
Vivus dat vivere ut videlicet contingat. O si videam in vita mea
ecclesiam dei talibus innixam columpnis. O si domini mei sponsam
cernere tante commissa fidei tante creditam puritati

Quid me beatius quid ve securius cum sue circa me vite mee
et custodes spectare simul et testes Quibus omnia mea secure se-
creta committerem communicare consilia quibus me totum refunderem tamquam
alteri mihi Qui si vellem aliquatenus deviare non sinerent
frenarent precipitem dormitantem suscitarent Quorum me reve-
rentia et libertas extollentem reprimeret excedentem corrigeret
Quorum me constantia et fortitudo nutantem firmaret erigeret diffi-
dentem Quorum me fides et sanctitas ad quecumque sancta ad quecumque honesta
ad quecumque pudica ad quecumque amabilia et bone fame provocaret et
Et nunc vide oculos in Eugenium ad cetera qui nunc est Curie seu
ecclesie statum et studia prelatorum circa presentem qui sunt in circuitu tuo
Sed de his hactenus palpari non sedi parcere Tibi licet facere et vale-
re utpote ipse filio mihi progredi non est fas Unum dico quod in facie
est sedule ministri viri viris se tuo pectoris auferre conantur
non hoc ratio habet non antiquitas habuit non consentit auctoritas
Et desiit competentium calumpnia strictius incedens profecto illa
quam priores olim contempserunt sinceritatem consulere maxime optime
id volunt Non priores inquiunt qui in omni celebritate diaconi ipsi quattuor
res assistunt sedenti priores assidentem procedentem posteriores
precedunt hoc totum non dignitatis privilegium sed sedulitatis de-
bitum est Diaconi namque sollempniter ipsa administratione inter presentes
demum prioribus ordinata confessione ambientibus maiestate vos ad
pedes sedentes priores assisteret ut habeat paratores procedere
his locutum quia facta contentio inter discipulos quis eorum videretur
esse maior verius esset si per totum tenerentur

Videt iam curie ecumenicus palatia domum expectat vos
tum non unus certa sed quodammodo inter te sunt Nam est
preparata consideratio qua intendis disponere domum tuam providere
his qui infra muros tuos et in gremio tuo sunt Ergo dico et necessa-
ria pariter audi Si quis domui sue preesse nescit quomodo ecclesie dei
diligentiam habebit Porro si quis suorum maxime domesticorum
curam non habet fidem negavit et est infideli deterior Et hec
dicens non te moneo studiis occupatum intendere minimis et ex-
minantia sed minimus impendere quam maximus debes Quid te in
terris in eripiunt te curis hic inquit omnia adiciuntur vobis
veniunt et hec oportet facere et illa non omittere At illa parte agens
parte ceterum oportet provideas qui parte domus provideant Nam si
unus e servis ipse non sufficit sunt et custodie ministeriorum
et cure maiorum tu parte quo intendere valeas et tui domini

et dum pariter de qua scriptum est O Israel quam magna est domus dei
Vacuum prorsus a sollicitudine rerum minorum et vilium oportet esse animum
tam magnis et tam multis intentum rebus Oportet liberum quem
nulla sibi vendicet violenta occupatio Oportet ingenuum quem
nulla deorsum trahat indigna affectio Oportet rectum quem nulla
seorsum avertat sinistra intentio Oportet cautum quem nulla subintrat
fortuita suspicio Oportet vigilem quem nulla a se abducat peregrina
et curiosa cogitatio Oportet firmum quem nulla concutiat repenti
na turbatio Oportet invictum quem nulla fatiget vel continua tribulatio
Oportet amplum quem nulla coarctet rei temporalis amissio hoc ne
dubites et bonis fruendis et ferendis malis sed tamen dividens
et domi rebus et tuis potius sollicitus invigilans incipiam

Proinde quaere implices qui parte nolat parte dico non totum
quaedam per temet facies quaedam per te et alios simul
quaedam per alios et absque te Quis sapiens et intelliget haec
non est quod inter ista dormitet circumspectio tua Ego hoc agendum
damno tibi sub eo quem quod novissime papam lotum in anda temperiem
per alium ut dixi illa facies ad hoc si fidelis non fuerit fraudabit si
non fuerit prudens fraudabitur Quaerendus proinde fidelis et pru
dens quem constituas super familiam tuam Adhuc inutilis est si tertium
desit Quaeris quid hoc Auctoritas Quid enim prodest ei velle et
scire quaeque disponere prout necesse est si quod scit et vult non potest
Danda ergo facultas agendi pro libitu Si irrationabile hoc putas
hoc fieri mementote fidelem qui agere irrationabiliter volet
Attende prudentem qui agere multa irrationabiliter sciet sed fidelis
sollers est voluntas tua praecedat quam ei affectum suspectet unde
tota facilitate manus porrigetur effectui cunctis sine cunctatione
parentibus Subdendi igitur omnes nullum patiatur contradictorem
Nemo qui dicat cur fecisti sit praeterea habeat excludere et ad
mittere quos voluerit mutare ministros transferre in quaslibet ad quos
et quomodo voluerit Ita timori sit omnibus ut sit et utilitati sit omnibus
ut omnibus prosit et de omnibus clandestinas et susurratores delatores
non recipias adhuc adiungas eam magis detractionem reputes
Et hanc velim generalem tibi constituas regulam ut omnem
qui palam veretur dicere quod in aure locutus est suspectum habeas
Quod si te iudicante dicendum coram illo renuerit delatorem iudices
non accusatorem Itaque unus omnibus facienda iniungat et uni
omnes respondeant Tu illi habeas fidem vocans tibi et ecclesie
dei Si quo minus aut fidelis invenitur aut prudens si
deli parcius committendum Sane de nobis curius hoc quamquam

ydoneus non reperiatur et si minus fidelem superius patris epistola
qua te in mergere laborasti hunc Memento salvatoris quidam
yconomum habuisse quem ego turpius quam in omnibus perspexi
lectuli et substantiale sui scrutari curam suscitari de singulis mor
dari suspicationibus moveri adque ex perdita ut neglecta Adverterem
dicta dico quemadmodum emisura scrutantem totitudine omnes singulas
sua numerantem singula demum et quadrantem exigentem
recem Ideo ita ille egyptius qui Joseph omnibus tradidit ignorabat
quid haberet in domo sua Erubescat episcopus et episcopatus sua tre
donis hanc sine fide fidem tamen habuit super omnia bo
na sua constituens eum Et alii hic erant alienigena Avaros
sacris super episcopi administrationem habent quibus animas credant et non suas
committant facultates non inveniunt Optimi videlicet estimatores
rerum qui magnam de minimis curam aut nullam de maximis
curam gerant Sed ut liquido datur intelligi pacientius fer
mus Christi iacturam quam nostram cottidianas exquisitas cottidianas
recipiamus scrutinio et continua dominici gregis detrimenta nescimus
de precio escarum et numero panum eo industris cottidiana discussio
est rara admodum eo prioribus celebratur collatio de preciis papillorum
Cadit asina et est qui sublevat eam perit anima et nemo qui repu
tet Nec mirum cum nec nos quidem servitium defectus nostre ad
singulas suspicationes istas prastim verum anxiamur Quanto
tollerabilius rerum quam virtutum sustinuerimus iacturam Quare
inquit non magis fraudem patimini Queso tu qui aliud doces
dare te ipsum si tu iam non dedisti plures te habere quam tua Tua
proinde est que stare tibi nullo pacto queunt sic ut a te sufficiant
non parte Rivus aqua fluit tamen iterum per diversos tramitum
constans redit Si pro torrens magnus occurre sine lesione
saturum et tu te ista sine volens mente passe tractare
considerato Omnibus consulo studeas a te auertere gravissimum
horum Multa nescias plurima dissimules nonnullo obli
viscaris

Sunt tamen que te ignorare nolim mores quorundam
et studia Non aptet ut vicia domus tue ultimus scias
quamquam pluribus novimus contigisse Cura ergo ut dignum alius
alia dispergere de disciplina tu provide Illud necessarium credis si
repleveritur tota te ut semo fonmerit ut habitus apparuerit
minimus tua super cuiusmodi tu blasfemare scimus inveria tua sempiter
nitas auferunt parit aufer detestissimum domum episcopi decet

situdo decet modestia decet honestas harum disciplina
custos. Scurrilitates domesticorum aut ceterorum honestiorum aut fa
bula cum nec sint in vultu in habitu in incessu illorum qui circa te
sunt nichil resideat impudicum nil indecens patiaris distant
a te tanquam tui comatulos pueros et comptos adolescentes certe
non habere circa te inter mitratos discurrere calamistratos non decet.
Et memento quod sapiens admonet filie tibi sunt noli faciem tuam
hylarem ad eas ostendere nec austeritatem sane suadeo tibi sed gra
vitatem illa infirmiores fugat hec reprimit leviores illa si
assit odibilem hec si desit contemptibilem reddit in omnibus tamen
modus melior. Ego nec severum velim nec dissolutum. Quid
hac mediocritate gratius ut nec severitate sis oneri nec
familiaritate contemptui. In palacio papam domi te patremfami
lias exhibeto. Ament te domestici tui si non faciunt ut timeant.
Utilis semper custodia erit que tamen affabilitatem gratiam non exclu
dat. Ergo ubique frenanda lingua precipue in mensa aut in eo
minus ille circumventior habitus si actu quidem severus sis vultu
serenus verbo serius.

Cappellani tui et qui circa te magis divinis insistunt offi
ciis non sint sine honore. Tuum est tales tibi providere
qui digni sint. Provideant eos ab omnibus tanquam tibi necessaria
de manu tua accipiant. His contenti sint que tu provideris
illis tu unde ne egeant. Super hec que forte ab advenientibus
petere deprehenderis imita gyezitum sed de baiulis sed de ceteris
officialibus dicere videtur vix hoc ex abundanti ita forma certa
cum alium a te expertum senserunt. Quid tuo dignius apostola
tui. Quid salubrius ad conscientiam honestius ad famam utilius
ad exemplum optimum tamen qui prorsus avariciam et calump
niam hec est non a conscientia tantum licet iam et hunc claudere
librum. Sed in calce aliqua velim ut ad antedicta quasi epilogando
repeterem ut addam premissa.

Consideres ante omnia sanctam ecclesiam Romanam cui deo auctore
preesse ecclesiarum matrem esse non dominam te vero non dominum episcoporum
sed unum ex ipsis. Porro fratrem diligentium deum et participem timentium
eum. De cetero oportere te esse considera formam iusticie sanctimonie
speculum pietatis exemplar assertorem veritatis fidei et defen
sorem doctorem gentium christianorum ducem amicum sponsi sponse
paranymphum cleri ordinatorem pastorem plebium magistrum in
sipientium refugium oppressorum pauperum advocatum miserorum spem

tutore pupi

tutorem pupillorum iudicem viduarum oculum cecorum linguam
mutorum baculum senum ultorem scelerum malorum metum bonorum
bonorum gloriam virgam potentum malleum tyrannorum regum patrem legum
moderatorem canonum dispensatorem salem terre orbis lumen sacer-
dotem altissimi vicarium Christi christum domini Postremo deum pharaonis
Intellige que dico dabit tibi dominus intellectum ubi malicie iuncta est
potencia aliquid tibi supra hominem presumendum vultus tuus super faci-
entes mala Timeat spiritum ire tue qui hominem non veretur
gladium non formidat Timeat oracionem qui admonicionem contempsit
Cui irasceris tu deum sibi iratum non hominem putet Qui te non audierit
auditurum deum et contra se paveat Quod reliquum est de hiis
que supra te sunt i. [illegible] in disputacione Quinto libro deo
ordinante adiuvante solvere spero et me pariter absolvere promis-
sione mea

Libri superiores et si de consideracione inscribantur plurimum tamen
habent actionis admixtum dum res aliquas non consi-
derandas tantum sed agendas docent ut monent Atqui iste in mani-
bus non est sola in consideracione versabitur Que enim supra sunt id est que
supra nos sunt actu non indigent sed inspectu Nichil est quod in eis actites
que uno modo sunt semper et mansurum sunt aliqua aeternum Er-
go vel homo sollertissime advertas vir sagacissime ingenii quia
totiens peregrinatur consideracio tua quotiens ab illis rebus
ad ista deflectitur inferiora et visibilia sive intuenda ad noticiam
sive appetenda ad usum sive officio disponenda vel actitanda
Si tamen ita versatur in hiis ut per ea illa requirat haut
procul exulat Sic considerare repatriare est

Sublimior iste presencium atque dignior usus rerum est cum
iuxta sapienciam pauli invisibilia dei per ea que facta
intellecta conspiciuntur Sane hac scala cives non egent
sed exules Quod vidit ipse hinc puto actor qui cum dixisset
invisibilia per visibilia conspici signanter posuit a creatura
mundi Et vere quid opus scalis tenenti iam solium Creatura
celi illa est presto habens per quod potius ista intueatur
videt verbum et in verbo facta per verbum nec opus
habet ex hiis que facta sunt factoris noticiam mendicare
neque enim ut vel ipsa noverit ad ipsa descendit que ibi illa
videt ubi longe melius sunt quam in se ipsis Unde nec me-
dium requirit ad ea corporis sensum Sensus sibi ipsa est

secretius. Optimum videndi genus si nullis egeres adminiculis quo
liberent te contentus aliquid in mari aliunde obnixum fieri est
minus quia affectio illud et minus liberum. Quid quod inferiores
indiges. Nonne preposterum hoc et indignum plane superiorum
quedamque iniuria est inferiorum opera desiderare. Atque in iniuria
nemo homini perfecte vindicabitur nisi tunc quisque evaserit in
libertatem filiorum dei. Nempe erunt hii omnes docibiles
dei et nulla intercurrente creatura soli uno deo se repatriasse
erit hoc ecce deprimi corpus in regione spirituum ipsa est
sedis ut maximum spiritus maxima mansio spiritibus beatorum
Et ne quid hic sibi usurpet sensus seu ymaginatio veritas
est sapientia est virtus eternitas summum bonum. Unde interim
absumus et ubi sumus vallis est lacrimarum in qua sensualitas
regnat et consideratio exula in qua libere quidem et potesta-
tive se exerit sensus corporeus sed intricatus caligat ocu-
lus spiritualis.

Quid igitur mirum si ope indigene advena indiget. Et
felix studii tempus viator qui tamen hospitium sine
quo transire non potest in obsequium sibi convertere paratus utens
in fructus urgens non potens exactor non supplex. Magnus
ille qui usum sensuum quasi quasdam veluti civium opes expendere
satagit dispensando in sua et multorum salutem. Nec ille
minor qui hunc sibi gradum ad illa invisibilia philosophando
constituit nisi quod hoc dulcius illud utilius hoc felicius illud
fortius esse constat. At omnium maximus qui spreto ipso usu
rerum et sensuum quantum quidem humane fragilitatis fas est
non ascensoriis gradibus sed in opinatis excessibus avolare
interdum contemplando ad illa sublimia consuevit. Ad hoc
ultimum genus illos pertinere reor excessus Pauli. Excessus
non ascensus nam raptum potius fuisse quam ascendisse ipse
se perhibet. Inde est quod dicebat sive mente excedimus deo.
Porro hec tria ita contingunt cum consideratio et si in loco
peregrinationis sue virtutis studio et adiutorio gratie facta
superior sensualitatem aut premit ne insolescat aut cogit
ne vagetur aut fugit ne inquinet. In primo potentior
in secundo liberior in tertio purior. Puritatis siquidem et alacritatis
pennis fit ille volatus. Vis tibi considerationis species
propriis distingui nominibus.

Nominemus si placet primam dispensativam secundam estimativam
tertiam speculativam. Harum nomina ratio diffinitionis

declarabunt. Dispensativa est consideratio sensibus sensibilibusque
rebus ordinate et socialiter utens ad promerendum deum.
Estimativa est consideratio prudenter ac diligenter quaeque scrutans
et ponderans ad vestigandum deum. Speculativa est consideratio
se in se colligens et quantum divinitus adiuvatur rebus humanis
eximens ad contemplandum deum. Puto vigilanter advertis alias
haud esse fructuosas si non referantur ad istam quod dicuntur
videri posse sed non esse. Et prima quidem absque intuitu huius
multa serit et nichil metit. Sequens vero nisi ad istam
se dirigat vadit sed non evadit. Ergo quod prima optat secunda
odorat tertia gustat. Ad quem tamen gustum perducunt et cetere
et si tardius nisi quod prima laboriosius secunda quietius pervenitur.

Dixisti inquies satis qua ascendatur etiam quo ascen-
dendum dicere debes. Falleris si id speras. Ineffabile
est. Tu me existimas loqui quod oculus non vidit nec auris
audivit et in cor hominis non ascendit. Nobis inquit revela-
vit deus per spiritum suum. Ergo que sunt supra non verbo docentur
sed spiritu revelantur. Verum quod sermo non explicat consideratio
querat oratio expetat mereatur vita puritas assequatur.
Sane cum dicimus que supra sunt non te existimes mitti
ad superiora solem lunam stellas non ipsum firmamentum
non aquas que super celos sunt. Ista siquidem omnia et si
supra loco pretio infra sunt et corporea quippe supra queris
quod non sit spiritus. Porro spiritus est deus sunt et angeli sancti.
Et hii supra sed deus natura angeli gratia superiores sunt.

Cum siquidem tibi et angelis optimum unum est deus
vero non sibi aliquid optimum habet unde optimus totus
est et qui in eo sunt beati spiritus tribus modis veluti viis
tandem una sit consideratione vestigandi opinione fide
intellectu. Quorum intellectus rationi innititur fides auctoritati
opinio sola veri similitudine se tuetur. Habent illa duo
certam veritatem. Sed fides clausam et involutam intelli-
gentia nudam et manifestam. Ceterum opinio certi nil
habens verum per verisimilia querit potius quam apprehendit.
Omnino in hiis cavenda confusio ne aut incertum opinionis
fides figat aut quod firmum fixumque est fidei opinio re-
vocet in questionem. Et hoc sciendum quia opinio

si habet assertionem temeraria est fides si habet hesitacionem
infirma est Item intellectus si signata fidei temptet irrumpere
reputatur effractor scrutator maiestatis Multi suam opinionem
intellectum putaverunt et erraverunt Et quidem opinio potest putari
intellectus intellectus opinio non potest unde hoc accidit profecto quia
hec falli potest ille non potest Aut si falli potest intellectus
non fuit sed opinio verus nempe intellectus certam habet non
modo veritatem sed notitiam veritatis possumus singula hec ita diffi
nire fides est voluntaria quedam et certa prelibatio necdum
propalate veritatis Intellectus est rei cuiuscumque invisibilis certa
et manifesta noticia Opinio est quasi pro vero habere aliquid
quod falsum esse nescias Ergo ut dixi fides ambiguum non habet
aut si habet non est sed opinio Quid igitur distat ab intellectu
nempe quod etsi non habet incertum non magis quam intel
lectus habet tamen involucrum quod non intellectus Denique quod intellexisti
non est de eo quod ultra queras aut si est non intellexisti
nil autem malumus scire quam que fide iam scimus nil super
erit ad beatitudinem cum que iam certa sunt nobis e
runt eque et nuda

His ita expeditis age iam dirigatur consideratio in
ea que sursum est Jherusalem mater nostra ac tantis rebus
memoratis intus caute et vigilanter investigemus investiga
bilia Cives tamen vel magis quam cives nobis donabitur Et
primo quidem cives ipsos esse illic potentes gloriosos beatos
distinctos in personis dispositos in dignitatibus ab initio stan
tes in ordine suo perfectos in genere suo corpore ethereos im
mortalitate preditos impassibiles non creatos sed factos
id est gratia non natura mente puros affectu benignos
religione pios castimonia integros unanimitate indi
viduos pace securos a deo conditos divinis laudibus
et obsequiis deditos Hec omnia legendo comperimus
fide tenemus Quamquam de corporibus horum non modo
unde probet sed nec aliquatenus sit herere sententia
aliquorum unde si quis michi in opinabilia magis ideo po
nendum censuerit non contendo Pro parvo intellectu
pertinens non fide non opinione sed intellectu capimus quia
non possunt hunc expertes et dei simul participes esse
Sunt et nomina quedam nota nobis similiter ex
auditu per que horum beatitudinem etiam que non

d sit inter fidem et opinionem

liquido mortalium percipit auditu officia merita gradus ordines
utriusque a vobis conscripti et distincti queunt. Sed cum quod ex auditu
non est tamen non est ex fide nam fides ex auditu. Itaque opinando
ista disserimus. Ad quid enim celestium nomina innotuerunt si nec
opinari quidem salva fide aliquid licet de rebus quorum nomina
sunt angeli archangeli virtutes potestates principatus dominationes
troni cherubim et seraphim. Hec nomina que significancia eorum
Nulla ne inter illos spiritus qui simpliciter angeli et eos qui archan-
geli nuncupantur differentia. Quid sibi ergo distinctio hec. Puto enim
angelos dici nisi tu convenientius aliquid comperisti qui singuli
singulis hominibus dati creduntur missi in ministerium secundum
Pauli doctrinam propter eos qui hereditatem capiunt salutis de quibus
Salvator. Angeli eorum vident faciem patris. Puto enim hos esse
archangelos qui conscii misteriorum divinorum non nisi ob precipuas
et maximas causas mittuntur ex quibus magnus ille
archangelus Gabriel missus legitur ad Mariam ob causam
utique qua maior esse non potuit. Puto enim super istos virtutes
esse quorum nutu et opere signa et prodigia in elementis
sive ex elementis facta apparent ad commonicionem mortalium.
Inde est fortassis quod cum in ewangelio legis. Erunt signa
in sole et luna et stellis paulo post habes. Nam virtutes
celorum movebuntur. Hii nimirum spiritus per quos signa fiunt.
Puto enim potestates superiores istis quarum virtute potestas tene-
brarum compescitur et coercetur malignitas aeris huius
ne quantum vult noceat ne malignari nisi ut prosit possit.
Puto enim principatus hos quoque prelatos quorum moderamine
et sapientia omnis in terris principatus constituitur regitur limitatur
transfertur mutilatur mutatur. Puto enim dominationes
adeo cunctis supereminere prefatis ordinibus ut respectu horum
cuncti videantur omnes administratorii spiritus et ad istas
tamquam ad dominos referri regimina principatuum tutamina
potestatum operationes virtutes virtutum revelationes archan-
gelorum curam et providentiam angelorum. Puto enim thronos
alto abysso etiam emulasse recessu qui ex eo quod sedent
throni dicuntur et ex eo sedent quod sedet in eis deus.
Neque enim sedere in eis qui non sederent posset. Queris
quam illam sentiam sessionem. Summam tranquillitatem
placidissimam serenitatem pacem que exsuperat omnem

intellectus. Talis est qui sedet in throno suo dominus sabaoth iudicans
omnia cum tranquillitate placidissime serenissime pacatissime
Et tales sibi constituit simillimos sibi puta cherubyn de
ipso sapientie fonte ore altissimi haurientes et refunden-
tes fluenta scientie in universis creaturis suis. Et vide ne hiis sit
que propheta loquebatur fluminis impetus letificantes civitatem
dei. Puta seraphyn spiritus tanquam divino igne succensos succen-
dere universa ut sint angeli tanquam singule lucerne arden-
tes et lucentes ardentes caritate lucentes cognitione
O fugam quam bonum nos hic esse quam fore melius si qui-
tum toti sequimur quo accepte pressime precedimus ad et ne
ipso quod e toto sed parte et parte modica nimis. Affectus
iacent male corporea gravati et luto herentibus de
sideriis sola intima ancilla et tenuis cogitatio pervolat et
tum de tantillo quod iam datur liber clamat domine dilexi
decorem domus tue et locum habitationis glorie tue. Quando se
totam se colligat anima et reductis affectibus ab omnibus
locis quibus captivi tenentur timendo quod non oportet
amando quod non decet dolendo vane gaudendo vanius
cum hiis in eat tota voluntate et libertate volat volun-
tate pulset in impetu spiritus et in pinguedine gratie de-
labatur. Nonne cum cepit eterne lucidas mansiones
et sinum etiam illum abrahe cuiuspiam personaliter et probabiliter
quodcumque est illud nimirum reconsere animas in sinu sola
securitatem pacientissime et portantes multo magis
tunc instabit loquens cum propheta unam petii a domino hanc
requiram ut inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee
ut videam voluntatem domini et visitem templum eius. Quando
mihi videatur cor dei. Quando mihi probetur que sit
voluntas dei bona et beneplacens et perfecta. Bona
in se placens in effectibus beneplacens fruentibus
perfecta perfectis et nihil ultra querentibus

Patent viscera misericordie patent cogitationes
pacis divitie salutis misteria bone voluntatis
benignitatis archana que clausa mortalibus etiam ipsis
electis suspecta sunt. Id quidem salubriter ne desinant
timere dum nesciunt digne amore ydonei inveniantur
Certus est in hiis qui seraphyn appellantur quomo-

amet qui unde amet non habet sed est et qui nichil horum
que fecit odit quos salvandos fecit quomodo foveat quomodo
provehat quomodo amplexetur quomodo dicta electe iuventutis
et palleas ignorantiarum cuius ignis ille consumens ipsam
sibi purgatissimam et pio amore dignissimam reddat Cerne
est in cherubin que plenitudo scientie dicitur deum scientiarum
dominum esse qui solus solam nesciat ignorantiam qui totus sit lux
et tenebre in eo non sint ulle totus sit oculus et qui nimirum
aliquando fallitur quia nusquam clauditur quia extra se non
querat lumen cui admoneatur ut videat ipse qui videt
Cerne est in thronis quam non suspectus omnium in veritate iudex
sedeat in thronis qui circumvenire nolit circumveniri non possit
quippe sit amans et sit videns nec vacat sessio tranquil-
litatis magne est de vultu tali iudicium meum prodeat apud
cui insit amor error absit absit et perturbatio Cerne
est in dominationibus quanta sit eius maiestatis cui cuncta imperii
constat et imperio universitas atque eternitas terminum sint
Cerne est in principatibus principium ex quo omnia et quomodo
a cardine ostium sit absque regi universitate Cerne est
in potestatibus quam potestative idem princeps quos regit
protegit contrarias potestates arcens et propulsans Cerne
est in virtutibus unam ubique equaliter presto esse virtutem
per quam omnia virtute efficitate i. impossibilem i. mobilemque
omnia tamen moventem utiles tenentem fortiter Que
tu i. unius visitata effecta apud mortales crebrescit
miracula seu prodigia vocant Cerne postremo et mirari
est in angelis et in archangelis veritatem atque experientiam
vatis illius cuius apud curia est de nobis qui talibus nos
et tantorum non desinit rotundare visitationibus instrue-
re revelationibus suggestionibus commonere seduli-
tate solatiari

Hec omnia contulit illis spiritibus ipse qui condidit illos
unus atque idem spiritus dividens prout voluit
hec operatur in illis hec dedit operari et illis sed alius
Ardent seraphim sed igne dei ut potius igne deo Et de
principium est in eis amant sed non quantum deus nec
quo lucent cherubin et in scientia eminent Sed principio

vitatis Et per hoc non ut veritas nec quantum sedent throni sed mediocri
beneficio indicant et ipsi eam tranquillitate sed non ad mensuram
modum vel pacis patientis patique exsuperat omnem sensum Dicuntur
dominationes sed sub dominio dicuntur sed sunt pariter Quid hec
ad summum sempiternum singulare dominium Sunt principatus et regunt
sed reguntur et ipsi ita ut regem iam noverunt si regem despiciunt
precellit imperatoribus fortitudo sed tamen debent quod fortes sunt et alius
est fortis et plus nec tam fortis quam ipsa fortitudo est
Virtutes per quas mysteriorum et potentatuum satagunt excitata corda
torpentia hominum innovantes signorum virtus vero manens
in eis ipsa facit opera faciunt et ille per ministrationem eius non fa-
ciunt Denique tamen inest et quasi singulariter propheta dicat ad eum Tu
es deus qui facis mirabilia Et item de eo Qui facit mira-
bilia magna solus Assunt angeli et archangeli sed ille inter-
ior nobis qui non modo adest sed inest Quid si dicas posse
inesse et angelum non inficior Memini scriptum et angelus
qui loquebatur in me At quid differentia et in hoc Ille est
angelus suggerens bona non ingerens Ille est hortans
ad bonum non bonum creans Deus sic inest ut afficiat ut in-
fundat vel potius ut infundatur et participetur ita ut unum
penitus cum nostro spiritu esse dicere quis non timuit et si non unam
personam unam rem substantiam habes eum qui adheret deo unus spiritus
est Angelus ergo tu circa Deus in anima ille ut gubernat
ac inest deus ut vita Itaque per animam videt in oculis audit
in auribus odorat in naribus in faucibus gustat tangit in toto
reliquo corpore Sic deus diversa in diversis spiritibus operatur verbi
causa in aliis amantem se exhibens in aliis agnoscentem
in aliis alia facientem sicut unicuique datur manifestatio
spiritus ad utilitatem Quis est iste tam proximus in verbis tam
longe in rebus Quis quem nunc loquimur verbis impar re
conditus maiestate nostros proicit et aspectus refugit et ad-
fectus Audi ipsum quid loquatur hominibus Sicut exaltantur
celi a terra sic exaltate sunt vie mee a viis vestris et
cogitationes mee a cogitationibus vestris Dicimus amare
et deus dicimus nosse et deus et multa in hunc modum
Sed deus amat ut caritas novit ut veritas sedet ut e-
quitas dominatur ut maiestas regit ut principium
tuetur ut salus operatur ut virtus revelat ut lux
assistit ut pietas Que omnia faciunt et angeli fa-
ciunt et nos sed longe inferiori modo non utique bono
non quo sumus sed quod participamus

Nunc iam tu ipse primus istas si forte tam parva dicere possis
et tu paululum eas perstrinxisti eos in veni que diligit
anima mea quid est non sine sicut melius quam quid
est hoc ipse deus se voluit respondere hoc docuit dicente moyse
ad populum ipso quod in ingente Qui est misit me ad vos Ecce
vero quidem nil competentius et veritati quod deus est Si vero
aut si magnum si bonum si sapientem vel quicquam tale de deo dixeris
in verbo instauratur quod est. est Nempe hoc est ei esse
quod hec omnia esse Si et centum talia addas non recessisti
ab esse Si ea dixeris nichil addidisti Si non dixeris nichil
nichil minuisti iam si vidisti hoc tam singulare tam summum
esse nomine in comparatione huius quicquid hoc non est veritas
potius non esse quam esse Quid item deus Sine quo nil
est tamquam nichil esse sine ipso quam nec ipse sine se potest ipse
sibi ipse omnibus Et pro hoc quemadmodum solus ipse est qui sum
ipsius est et omnium esse Quid est deus principium Et hoc ipse
de se respondere dedit Multa in rebus dicuntur principia sed
respective posterioris aliquo si ad aliquid precedens respicias
ipsum potius principium dabis Quamobrem si queras verum simplexque
principium invenias oportet quod principium non habuerit Sequo universum
cepit perfectum ipsum nunc cepit ita si cepit aliunde cepit necesse
est aut aliunde cepit nichil nisi forte quis putavit quod non erat dare
sibi potuisse ut esse inciperet aut fuisse aliquid antequam esset
Quod utrumque quia ratio non recipit constat nichil sibi nec
extitisse principium Quod vero aliud principium habuit primum non
fuit verum ergo principium nequaquam cepit sed totum ab ipso cepit
Quid est deus Cui secula nec accesserunt nec decesserunt
nec coeterna tamen Quid est deus Ex quo omnia per quem omnia
in quo omnia Ex quo omnia creabiliter non seminaliter per
quem omnia ne aliud auctorem atque aliud opificem arbitreris
in quo omnia non quasi in loco sed quasi in virtute Ex quo
omnia tamquam uno principio auctore omnium per quem omnia ne
alterum inducatur principium artifex in quo omnia ne tertius
inducatur locus Ex quo omnia non de quo quia non est
materia deus Efficiens causa est non materialis sine qua
philosophi materiam querunt non egent nam deus nec eum efficientia
que fiunt non artificem ipse per se ipse omnia fecit quando de
nichilo Ita si ex aliquo fecit illud non fecit At per hoc nec
omnia Absit ut deus sua in corrupta aut incorruptibilique substantia

tam multa fecit et si bona corruptibilia tamen. Queris
si in ipso omnia ipse ubi nichil nunquam in nemo. Quis capiat locus
Queris ubi non sit. Non habet quod dicam. Quis prae deo locus
incomprehensibilis deus est sed non parum apprehendisti si hoc tibi de
deo compertum est quod nusquam sit qui non clauditur loco et nusquam
non sit qui non excluditur. Dico autem illo publicum atque incom-
prehensibili modo ponit omnia in ipso sit ipse in omnibus denique sed
ait ewangelista in mundo erat. Alias vero ubi erat antequam
mundus fieret ibi est. Non est quod ultra queras ubi tunc erat in
principio cum nichil erat. Ergo in se ipso erat. Quid est deus
quo nichil melius cogitari potest. Si approbas non oportet asse-
verare esse aliquid quo deus sit et quod deus non sit. Habet enim
procul dubio melius. Quomodo non melius deo si deus non est
quod dat deo quod sit. At melius illam divinitatem qua dicunt deum
esse fatemur non est in deo nisi deus. Quid inquiunt negas
deum habere divinitatem. Non sed quod habet hoc est. Negas divinitatem
deum esse. Non sed aliam quam ipse est. Aut si tu aliud invenisti
adimet me trinitas deus adversus illam tota me contumacia
ergo. Quia trinitas autem deus minuat non pugnat deitatem
deus trinitas est deus trinus pluraliter propono. Si quartam
divinitatem adicere placet proterium ergo habent que deus non
est proprie michi non adorandam puto quod et tu nempe dominum
deum tuum adorabis et illi soli servies. Gloriosa vero divinitas
que plus honore non audeat arrogare divinum at melius quartam
hanc omnino repperimus quam prae honore recepimus. Multa dicunt
esse in deo et quidem sane catholice sed multa unum. Alioquin
si diversa puteremus non quaternitatem haberemus sed centenitatem
verbi causa dicimus magnum bonum iustum et innumera talia
sed nisi omnia unum in deo et tu deo compositus habebis
multiplicem deum. Michi vero non deesse quod cogite melius
huiusmodi deo tuo. Queris quid mera simplicitas vero
iudicio non simplex multiplici anteferetur. Dico quod adhuc
respondere solent non multa inquiunt sed una tamen divinitate
que omnia illa sunt deo ut sic conferre asserimus. Asserente
ego et si non multiplicem sed duplicem deum et non ad merum
simplicem pervenisti neque ad id quo melius cogitari non sit
etiam non est simplex que ut unum sunt ab non alienud forme
qui nec cuiusque ut unum cogitatum vero. Ceterum loquor ne vis
quidem qui ut duplex est erit meus. Habeo enim meliore
cito quod sit in omnipotenti et multiplici compositum sed plane per simplici

spiritu. Meus deus ipse catholicus est tamen non habet hoc et
illud quam non habet et illa. Est qui est non que est / purus
simplex integer perfectus constans sibi nichil de temporibus
nichil de locis nichil de rebus trahens nichil e se depo
nens in eis non habens quid ad numerum dividat non que col
ligat ad unum / unum quippe est sed unitum non partibus constat
ut corpus non affectibus distat ut anima non formis substat
ut omne quod factum est. Sed neque forme ut iste visum est
magna laus videlicet deo ut se ab informitate vindi
cet forma una esse contentus hoc est dicere ceteris pluribus
se non nisi uni debere quod est. Quin d. Cum beneficio sunt
que sunt ipse proprio esse alti beneficio estimabit laus ista
ut vulgo dicitur blasphemia valet. An non pluris est nullo
egere quam uno habeo reverentiam deo ut quid plus est illi
tribuas. Si tu tuum huiusce attende patrem deum tuum
infra quo collocabis ipse sibi forma ipse sibi essentia est
in hac intimum gradum suspicio illum et si aliquis potius appareret
illum potius darem numquid verecundia ne cogitatio trans
volet super altum. Quantumque in altum proficiat ultra est infra quod
homo cogitat passio altissimum querere ridiculum est statuere
infimum ultra non citra querendus est. Attende adhuc si potes
accede ad cor altum et exaltabitur deus non est formatus deus
forma est non est affectus deus affectio est non est compositus
deus merum simplex est. Et ut liquido noveris quid simplex
dicam id est quod unum. Tam simplex deus est quam unus est
Est autem unus et quomodo aliud nichil. Si dici possit unissimus
est unus est sol quia non sit alius una luna quia eque altera
non sit atque id quidem deus sed plus. Quid plus unus est
etiam sibi. Et hoc vis tibi declarari idem est semper et uno modo
non sic unus sol non sic una luna. Clamat uterque non esse
unum sibi ille motibus illa et defectibus suis / deus autem non
modo unus sibi et in se unum sibi habet non complexe alteratorum
habet non in substantia alteritate. Hinc de eo Boetius
hoc vere unum in quo nullus est numerus nullum in eo aliud
preter id quod est neque enim subiectum fieri potest / forma enim
est. Compara huic omne quod unum dici potest et unum non erit
Trinitas est tamen deus quid ergo destruimus quod dictum est
de unitate quia inducimus trinitatem non. Sed statuimus
unitatem / dicimus patrem dicimus filium dicimus spiritum sanctum

non tamen tres deos sed unum. Quid sibi vult iste ut sic loquar
absque numero numerus. Si tria quo non numerus. Si unum ubi numerus.
Sed habeo inquis quid numerem et quid non numerem. Substantia
una est, persone tres sunt. Quid mirum quid vel absurdum in
hoc. Nichil si persone seorsum a substantia cogitentur. Nunc vero
cum tres ille persone illa substantia sint, et una illa substantia
tres ille persone, quis numerum neget. Ita vere tres sunt.
Quis numeret. Tamen ita vere unum sunt. Aut si tu putes
id facile explicatu, dicendo tres dicito quid numerasti. Naturas
una est. Essentias una est. Substantias una est. Divinitas
una est. Non hoc sed personas inquis que non sunt illa
una natura, illa una essentia, illa una substantia, illa una di-
vinitas. Catholicus es non hec dabis. Personarum proprietates
non aliud quam personas ipsas itemque non aliud quam unum deum,
unam divinam substantiam, unam divinam naturam, unam divinam et
supremam maiestatem catholica confitetur. Numera igitur si potes
aut sine substantia personas que ipsa sunt, aut sine personis
proprietates que ipse sunt, aut si dividendo quis tenetur
ut personas a substantia vel proprietates a personis nescio quomodo
trinitatis se profiteri cultorem passus est qui unitatem rerum
detestetur unicitate. Dicamus itaque tres sed non ad preiudicium
unitatis, dicamus unum sed non ad confusionem trinitatis. Neque
enim nomina vacua sunt, neque absque significantia carere
vacare. Queret quis quomodo hoc possit esse. Sufficiat ei
tenere sic esse, atque hoc rationi non perspicuum nec tamen opinioni
ambiguum sed fidei persuasum. Sacramentum hoc magnum est,
etiam quidem venerandum non scrutandum. Quomodo pluralitas
in unitate et hoc unitate aut ipsa in pluralitate. Scrutari
hoc temeritas, credere pietas est, nosse vita eterna est. Unde
si operepretium censes, O Eugeni, percurrat nunc copulatio multa
una que eminentia huius singularis unius fiat audentior.
Est unitas que collectiva potest dici, ut verbi causa multi
lapides faciunt acervum unum. Et est unitas constitutiva,
cum multa membra unum corpus, vel multe partes unumquodque
totum constituunt. Est et coniugativa, qua fit ut duo iam
non duo sint sed una caro. Et est nativa, qua anima et
caro unus nascitur homo. Est una potestativa, qua homo
virtutis non instabilis, non dissimilis, sed unus probatur
sibi inter se invenire. Et consentanea cum per caritatem

multorum hominum est cor unum et anima una. Est et vocativa qua
anima votis omnibus adherens deo unus spiritus est. Est et digna-
tiva unitas qua limus noster a deo verbo in unitatem assumptus est
persone. Verum hec omnia quod ad illud summum atque ut ita dicam
unice unum sibi unitate consubstantialitas facit sunt uni quod
ius illorum si comparetur erit quoquomodo unum si compares nullo.
Igitur inter omnia que unum recte dicuntur arcem tenet
unitas trinitatis qua tres persone una substantia sunt. Secundo
loco illa precellit qua e converso tres substantie una in christo persona
sunt. Porro hec et quecumque alia dici una possunt si dune
illius unitatem intuearis eo comparatione una appellari vix
sobria que comparatio probat nec abducimur ab hac unitate
professione assertione tamen inhiat trinitate non recipiamus
multiplicitatem sicut nec solitudinem in unitate. Quam-
obrem cum dico unum non [illegible] me trinitatis turbat numerus
qui essentiam non multiplicat non variat non partitur. Rur-
sum cum dico tria non me arguit intuitus unitatis que
illa quecumque tria seu illos tres nec in confusione cogit
nec in singularitatem redigit. Item me sentore confiteor
et de illa unitate cum secundo ab ista in tertio una
honore dixi dico in christo verbum animam et carnem sine con-
fusione essentiarum unam esse personam. Et item absque pre-
iudicio personalis unitatis ampliat imo pietate minuere
nec negamus haud ad illud quoque genus unitatis per-
tinere qua anima et caro unus est homo. Dicitur enim
familiariter plerumque cum homine quemvis constitutum quod
per hominem constitutum est sacramentum. Dicitur et cum femina que
inde est et deus est unitate congruere ut quomodo ibi tres
persone una essentia ita hec convenientissima quadam contra-
rietate tres essentie sint una persona. Vides ne pulchre inter
utraque unitate haud collatam in eo utique qui constitutus
est mediator dei hominum homo christus ihesus pulcherrima
in qua convenientia ut salutare sacrum congrua quadam
similitudine ambabus respondeat et salutans videlicet
et salvato. Ita hec unitas duorum consistens medium uni-
tatis altius succumbere altius preminere congnoscitur quanto
superior inferior tanto inferiori superior. Tanta demum tamquam
expressam unionis vim ipse profert ea persona in qua deus

et homo unus est xpus ut si duo illa depe mente predictores
no erraverit deum videlicet hominem et hominem deum ne
catholice fidei pinitiamus non aut similiter ut carnem de anima
ut animam de carne nisi absurdissime pdicas et si similiter
anima et caro unus sit homo nec mirum si non eque pateris
anima sit pura illa virtuti et si valida intentione converte atque
puris affectibus astrigere sibi carnem ut sibi divinitas ho
minem illum qui pdestinatus est filius dei in virtute co
pa cathena et forte ad astringandum divina pdestinato habe
tanto ē cum verum longius et unitate quod divinitate po
tentius unde est quod nec morte incidente nullatenus
intercidi hec unitas patitur et si carnem et animam ab invi
te separatis Et fortasse hoc sensit ille qui se indignum
professus est solvere corrigiam calciamenti eius Sed et
illa tria sata de ewangelio inmixta et fermentata
in pane unum Si quis ad hec tria duxit pertinere non incon
grue id michi videbitur facere Verum tamen ea mulier
fermentavit ut nec divisione quidem facta carnis et
anime a carne ut anima verbum divideretur Mansit et in
separatione inseparabilis unitas nec enim que apte gesta
sunt separato patitur unitati ascribere pmanente unitatis
tribus Hinc convincentur sive disiunctis duabus in pluribus
ppendunt in tribus unitas personalis Itaque unus christus
unaque persona verbum anima et caro etiam mortuo
homine permansit In utero virginis ut sentio ego con
mixtio hec et fermentatio facta est et ipsa mulier
que miscuit et fermentavit Illa fermento suo in multo
fortasse divinum fidem marie plana beata que credidit
quoniam perfecta sunt in ea que dicta sunt ei a domino
Perfecta autem non essent si quo minus inmixta verbum divinum
esset fermentatum totum et perpetuo fermentatum per
mansit nobis ea in mente quam inventa sit verum atque unitate
virum mediatorem dei et hominum eius sua divinitate hominem
christum ihesum Adiutere est in hoc admirabili sacramento
inmixta numerum satorum mire et decentissime distinctum
gradus novum antiquum et verum novum animam quod de nichilo
sit creata creditur eius infusa antiquum carnem que
a primo usque homine idest ex adam traducta cognoscitur

Eternum verbu q ab eterno pre coeterno illi genitu indubitata
veritate asseritur Et in hijs triplex si diligenter aduertas
diuine potentie genus q factum sit de nichilo aliquid de
vetusto nouum et eternum beatitudo de dampnato et mortuo
Quod hec ad nostram salute initum p omem modu primo
quida q pro vel acto in nichilo phat quodammo terato
creati sumus ut simus i iam aliq creature eius Deinde
q ex uetusta seruitute in libertate filiorum dei translati
i nouitate spus ambulantes postremo q de p[ro]state terre
brum vocati ad regnum claritatis eterne in quo Jam et co
sedere nos fecit in xpo Alieni sunt a nobis qui xpm a
nob carne alienare conantur nouam creatam i virgine
et no de virgine sumptam impie asserentes pulchre
prophetas spus longe ante occurrit huic sententie ymo
blasphemie impiorum Egredietur inquiens virga de ra
dice yesse et flos de radice eius ascendet ut vnde virga
inde flore duxisse originem demonstraret Inde igitur
sumpta caro vnde orta virga nec noua in virgine que
pcessit ex radice duxisse patet et flos de virga nec noua
in virgine sed maluit de radice forte p[ro]posito mathans
si adhuc p[ro]sumis querere quid deus est tu qui tacies
ad quesitum est tu quia diffidis inuentum iri dico tibi
pater Eugeni Solus est deus qui frustra nunquam queri
potest nec tu inueniri no potest caueat te dehac ex p[ro]uicto
Quod Aut si no experto credite no michi sed sancto qui
ait Bonus es domine sperantibus in te aie querenti te Quid
ergo est deus Respondeo ad vniuersum spectat finis q ad delectum
salus q ad se ipse nouit Quid est voluntas omni
potens beniuolentissima virtus lumen eternum i co
mutabilis racio summa beatitudo creans mentes ad se p[ar]tici
pandum viuificans ad sentiendum afficiens ad appetendum
dilatans ad capiendum iustificans ad promerendum accendens
ad zelum fecundans ad fructum dirigens ad equitatem for
mans ad beniuolentiam moderans ad sapientiam roborans
ad virtutem visitans ad consolacionem illuminans ad cognitionem
perpetuans ad in mortalitatem implens ad felicitatem
circumdans ad securitatem Quid est deus non minus penal
p[er]uersorum quam humilium gloria Est enim racionabilis quedam
equitatis directio inconuertibilis atque indeclinabilis

quippe attingens ubique tamen illusa omnis pravitas conturbet(ur)
necesse est. Quid non inhibit omne tenebrarum ut distortum impugnat
et conquassetur. Ve universo quod obviam forte offenderit
recte nostra rectitudo. Nam et fortitudo est. Quid inimicis
voluptatibus tam contrarium et adversum quam semper conari
impingere semper et frustra. Ve appositis voluntatibus solam
sue perfecto adversionis referentibus penam. Quid tam penale
quam semper velle quod nunquam erit et semper quod nunquam non erit.
Quid tam dampnatum quam voluntas addicta huic ne-
cessitati volendi nolendique ut ad utrumlibet sicut pronum non
nisi perverse ita non nisi miserrime moveatur. Proinde non ob-
tinebit quod vult et quod non vult id est nichilominus sustinebit
digne omnino ut qui ad nichil efficitur unquam quod doceat
ad nichil unquam quod libeat evadat. Quis hoc facit. Certe
dominus deus meus qui et tam perverso perversus. Nunquam vero
pravo coierunt hec duo sibi invicem adversantia
et si non invicem ledant tamen leso alterius est. Absit ut dei dicam
tibi est inquit contra similem talitatem hoc est non similem
dicam sed contrariantem. Est et turpissima pena deo lux est
ea. Et quid tam invisum obscenis flagitiosisque mentibus
perfecto omnis qui male agit odit lucem. Sed dico numquid
non patebunt declinare omnino lucet ubique et
si non omnibus denique in tenebris lucet et tenebre eam non
comprehenderunt. Videt tenebras lux tamen hoc est videre
quod lucem sed non vicissim a tenebris ipsa videtur quia te-
nebre eam non comprehendunt. Et videntur ergo ut con-
fundantur et non vident ne consolentur. Nec modo a luce
et in luce videntur. A quo ut a quibus abaudiuntur videntes
ut pre multitudine intuentium sit confusio multa. At nullus
deteriori in miseriate spectaculum molestior oculis suis tamquam
non est aspectus sive celo sive intra se tenebrosa
conscientia suffugere magis velit nec possit. Non latent te-
nebre ut se ipsas. Se vident quod alias aliud non vident
opera tenebrarum sequuntur illas nec est quo se abscon-
dant ab illis ne in tenebris quidem. Hic est vermis
qui non moritur memoria preteritorum. Semel iniectus ut potius
innatus per peccatum herent firmiter nequaquam demovebitur amplius
landius nec cessat rodere conscientiam cuius pastus esca utique
incorruptibili perpetua vita horreo vermem mordacem

et mordacem vivere habeo mundo i manus mortis
viventis et vite morientis / hec sola mors que nunquam
paciendo sed semper occidit Quis det illis semel mori qui
non moriuntur . Metuunt quod dicunt montibus cadite super
nos et collibus operite nos Quid nisi mortem mortis he
rescio aut fugere aut evadere volunt / deinceps invocabunt
mortem aut et non veniet iudicare id clarius Constat
immortalem animam esse nec aliquis absque sua memoria
nunc ne non animam aliquis esse contingat contraque durante
animo durat et memoria Sed qualis feda flagitiis hor
rida facinoribus vanitate tumida contemptu hispida
et neglecta Que priora transierunt et non transierunt
Transierunt a manu sed non mente quod factum est factum
non esse non potest proinde et si facere in tempore fuit sed fecisse in
sempiternum manet Non transit cum tempore quod tempore transit
preteritum ergo nunc est cruciet quod peccatum te egisse meminisse
memineris Scriptum erit hec vindictam vatis illius arguam
te et statuam contra faciem tuam dominus locutus est cui omne
adversum et sibi adversari nunc est ut sit sera querela
O custos hominum quare posuisti me contrarium tibi et factus
sum michi metipsi gravis O Eugeni ita est Non potest
deo esse contrarium quod et probinet cohercere sed qui
arguetur et a se ipso non est sane cum tunc quod animus veritate
dissimulet ratio aut rationis intuitum animo declinet
obrupta membris corporis in se collecta Quo enim vo
lat sopitis conclusisque in morte sensibus per quos utique
curiosus exire et aberrare solebat in eum quod potent
[illegible] hunc figuram videns turpibus nichil de esse adconfu
sione sed pervenientis spectaculum fieri deo angelis hominibus
presbyteris O quam male mali omnes locuti sunt utique appositi
torrenti hinc dextre equitatis et hinc lum palate vitalis
appositi nomine hac est pretio tundi pretiosaque confundi
duplici contritione Ait ille contere eos domine deus meus
Quid est deus longitudo latitudo sublimitas et profundum
Quid inquis tenemus te quaternitatem quam abhominatus
es profiteri undique abhominatus sum et abhominor
visus illud protulisse prolatum sed unum est unus deus figuratus
est pro capite meo non proprio statu / cum sit hoc est non ille

voces diverse semite multe sed unum per eas significatur unum
queritur. Non dimensiones substantie inequales in uno ipso esse
sunt non dimensiones quales in corporibus intuemur non distinc-
tio personarum qualem in trinitate adoramus non numerus proprietatum
qualem personis ipsis inesse fatemur. Et si non aliud apponis
alioquin hec singularis haud video quod quatuor sint hec qua-
tuor ipsa quod singula est. Illud autem quia non possumus tam dei
simplicitatem contendere dum contendimus apprehendere unum occurrit
veluti quadruplicata. Facit hoc speculum et enigma per
quod solum interim videre datur. Cum autem videbimus faciem ad
faciem videbimus sicuti est. Nec enim iam tunc fragiles acies
mentis fure quantumlibet vehementer intendens aliqua-
tenus resiliet nec in quadam pluralitate. Colliget se magis adu-
nabit conformabitque unitati illius ut pariter unitati illi
ut una unam facies respondeat faciei. Nempe similes ei eri-
mus quia videbimus eum sicuti est. Beata visio ad quam
merito suspirabat qui ait. Exquisivit te facies mea
faciem tuam domine requiram. Et quia adhuc inquirendo res
est interim ascendamus quadrigam ut puto infirmi et imbecilles
indigentes tali vehiculo si forte ut sic apprehendamus in quo
apprehensi sumus. Videsis huius ipsius vehiculi rationem. Illud hoc
monitu habemus ab ipso auriga et primo currus huius ex-
hibitore ut studeamus comprehendere cum omnibus sanctis que
sit longitudo latitudo sublimitas et profundum. Comprehendere
dixit non cognoscere ut non curiositate contenti scientie
tota cura fructum inhiemus non in cognitione est fructus
sed comprehensione. Alioquin scienti bonum et non facienti
ut ait quidam peccatum est illi. Et ipse paulus alio loco sic
currite ut comprehendatis. Quid sit comprehendere inferius
declarabo. Quid igitur est deus longitudo inquam. Quid
ipsa eternitas. Hec tam longa non habeat terminum non magis
loci quam temporis. Est et latitudo. Et ipsa quid caritas.
Quibus et ista terminis angustetur in deo qui nihil odit
horum que fecit denique solem suum oriri facit super bonos
et malos et pluit super iustos et iniustos ergo et inimi-
cos includit sinus ille. Nec hac quoque contenta evadit
in infinitum quin non modo affectum sed et cognitionem ex-
cedit adiciente apostolo et dicente. Scire etiam supereminentem
scientie caritatem christi. Quid plus dicam. Eter-
na est nisi quod hec plus forsitan est quam eternitas

est. Vides tantam esse latitudinem quanta et longitudo utraque
sit. Videns non tantum esse sed ipsam id esse unum quod alteram
non minus unum quam duas, nec plus duas quam unam / Deus e-
ternitas, Deus caritas est. Longitudo sine protensione / latitu-
do sine distentione in utroque pariter localibus quibusque excedit
temporalesque angustias sed libertate nature non enormitate sub-
stantie. Tali modo immensus est qui omnia fecit in men-
sura et quamvis immensus hic tamen modus et ipsius immen-
sitatis. Quid item Deus? Sublimitas et profundum, in altero
supra omnia, in altero infra omnia liquet. Mira aequitate unum quam
claudicat equalitate stare eam undique fixam constare
immobiliter. Sibi sublime potentiam, profundum sapientiam
eius comprehenda. Ex equo et ista respondent sibi divina et sub-
limitas inattingibilis et profunditas eque inscrutabilis
contestatur Paulo admirante et exclamante: O
altitudo divitiarum sapientie et scientie Dei, quam inscrutabi-
lia sunt iudicia eius et investigabiles vie illius. Libet
et nos exclamare cum Paulo, horum ut taceamus intuentes
in Deo et cum Deo simplicissimam unitatem. O sapiens potestas
attingens ubique fortiter. O potentia sapiens disponens
omnia suaviter. Res una effectus multiplex operationesque
diverse. Et illa una res est longitudo propter eternitatem,
latitudo propter caritatem, sublimitas propter maiestatem,
profunditas propter sapientiam. Nominis habet unum ideo et arbi-
tramur nos comprehendisse illud. Eo disputando comprehendit
sed sanctitas si quo tamen comprehendi potest quod incomprehensibile
est. Et nisi posset non dixisset apostolus ut comprehendamus
cum omnibus sanctis. Sancti igitur comprehendunt. Queris quo-
modo? Si sanctus es comprehendisti et nosti; si non esto et tuo
experimento scies. Sanctum facit affectio sancta et ipsa ge-
mina: timor Domini sanctus et sanctus amor. Hiis perfecte affecta
anima veluti quibusdam duobus brachiis suis comprehendit
amplectitur stringit tenet et ait: Tenui eum nec di-
mittam. Et timor quidem sublimi et profundo, amor
lato longoque respondet. Quid tam timendum quam potestas
cui non potes resistere, quam sapientia cui abscondi non potes?
Pateat minus timeri Deus, si alterutro careret. Nunc autem
perfecte aptet timeas illum cui nec oculus deest omnia
videns nec manus potens omnia. Quid item tam amabile

quia amor ipse quo amas et quo amaris amabiliorem tamen meta eternitas facit qui non concidit foras mittit perpetuitatem. Ama igitur perseveranter et longanimiter et habes longitudinem dilata amorem tuum usque ad inimicos et latitudinem tenes. Esto etiam in omni sollicitudine timoratus et sublimitatem profundum quod apprehendisti. Aut si magis quatuor eque tuis diximus quatuor respondere factis. Hec et si stupes si paves si ferves sed sustines. Stupenda plane sublimitas maiestatis pavenda abyssus iudiciorum fervore exigit caritas eternitas perseverantiam perseverantia sustinendi. Quis stupet nisi qui contemplatur gloriam dei. Quis pavet nisi qui scrutatur profunda sapientie. Quis fervet nisi qui meditatur caritatem dei. Quis sustinet et perseverat in amore nisi qui emulatur eternitatem caritatis. Nempe eternitatis quandam ymaginem perseverantia prefert. Denique sola est enim eternitas redditur ut patiens que eternam homini reddit divinitatem dicente domino. Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Et adverte in quatuor istis contemplationis species quatuor. Prima et maxima contemplatio est admiratio maiestatis. Hec requirit cor purgatum ut vitiis liberum atque exoneratum peccatis facile ad superna levetur interdum quoque ut per aliquas morulas stupore et extasi suspensum teneat admirantem. Secunda autem necessaria est huic. Est enim intuens iudicia dei. Que sane pavido aspectu dum vehementius concutit intuentem fugat vitia fundat virtutes initiat ad sapientiam humilitate servat. Virtutum siquidem bonum quoddam et stabile fundamentum humilitas. Nempe si nutet illa virtutum aggregatio non nisi ruina est. Tertia contemplatio occupatur vel potius otiatur circa memoriam beneficiorum et ne dimittat ingratum sollicitat memorantem ad amorem benefactoris. De talibus dicit propheta loquens ad dominum. Memoriam habundantie suavitatis tue eructabunt. Quarta que retro sunt obliviscens in sola requiescit expectatione promissorum. Que cum sit meditatio eternitatis siquidem que promittuntur eterna sunt longanimitatem alit et perseverantie dat vigorem. Puto iam facile est quatuor ista hec quatuor illis apte assignare

dum longitudinem comprehendit meditatio promissorum
latitudinem recordatio beneficiorum sublimem contemplatio
maiestatis profundum in comparacione iudiciorum Querendus
adhuc fuerat qui nec satis adhuc inventus est nec queri
minus potest Adorando forte quam disputando dignius queritur
et invenitur facilius proinde iste sit finis libri Sed non
finis querendi

Scriptum in Concilio Basiliensi 1433

Distinctio 45 et 1a animarum

Utrum ponenda sint aliqua receptacula corporalia animabus
corporibus exutarum. Et arguitur quod non quia anima
spiritus non magis sunt cum uno loco corporali quam cum alio
a quo eius non dependet igitur non est racio quare
magis essent in uno loco quam in alio. Secundo animabus separatis
non assignatur aliquid post mortem nisi quod cedit in penam
eis aut premium sed corporalis locus non potest eis esse
in penam vel in premium cum a corporalibus nichil recipiant
Igitur non sunt eis assignanda talia receptacula corporalia
Tercio si essent talia receptacula corporalia vel igitur anime pos-
sent illa exire aliquando vel nunquam. Sed nullum illorum est contra
Non primum quia dicitur Job 7. Qui descendit ad infe-
ros non ascendet. Et in psalmo ut inhabitem in domo domini
omnibus diebus vite mee. Et Augustinus in libro de cura pro
mortuis agenda dicit. Si rebus viventium mortui inter-
essent non pia mater nulla nocte desereret quem vita ma-
ritus sentita est ut mecum viveret. Ex hoc concludit
quod anime mortuorum rebus viventium non intersunt et
tamen interesse possent si de suis receptaculis exirent. Contra
secundum potest dici quia legitur Mt. 17. Moysen apparuisse cum
Helya. Ex quo concludit Augustinus libro predicto aliquos ex
mortuis aliquando mitti ad vivos. Item Ieronimus contra Vigilan-
cium dicit animas sanctorum cum voluerint suis tumuli-
presentes esse. Et Gregorius in 4 dyalogorum narrat de multis mor-
tuis quod viventibus apparuerint. Quod apparet est ex agr-
in libro ubi dicit omnes anime cum de seculo transierint
diversas habent receptiones. Idem dicit glossa super illo
1a ad Thess. 4o simul rapiemur cum illis in nubi-
bus. Item Gregorius in 4o dyalogorum parum ante medium
refert quondam sanctum virum retulisse quod audiuit Theo-
dricum post mortem suam per papam et Symachum
patricium discinctum atque discalciatum deductum in olla
vulcani iactari. Et in eodem libro refert Germanum Capua-
num episcopum invenisse Pascasium dyaconem qui erat
defunctus stantem et obsequentem in balneis.
Respondetur quod quod est verum sunt enim aliqua corporalia
receptacula quibus deputantur anime post separacionem

a corpore separatam ut patz ex auctoritatibus allegatis
et est communis doctrina doctorum etc. Sed sunt
hic dubia primum que et quot sunt huiusmodi recepta
cula Secundum dubium ubi sint Et tertium de habitu
dine eorum adinvicem Quartum est de qualita
te istarum regionum Quantum ad primum dubium
dicitur secundum Richardum de media villa quod quedam
receptacula deputantur animabus de lege communi
quedam vero de lege speciali Prima receptacula erant
ante christi adventum quatuor Primum infernus qui depu
tatus est pro animabus dampnatis pro actuali peccato mor
tali Secundum receptaculum est limbus puerorum propter pec-
ca originali peccato dampnatorum qui non puniuntur
pena sensus sed solum pena dampni Tertium est pur-
gatorium in quo purgantur et puniuntur anime que
decesserunt in caritate et que tamen non satisfecerunt
pro mortalibus pro primam dimissis Aut pro venialibus
suis penis Quartum tunc erat limbus patrum
in quo requiescebant anime electorum ante christi adventum
que nichil purgandum habuerunt secundum quod dixerunt
Aut si secundum aliquid tale portabant iam non purgate
erant Ita ergo ante christi adventum quatuor erant
receptacula animarum distincta secundum distinctionem statuum
ipsarum animarum De istis receptaculis animarum loquens
sanctus Thomas dicit quod receptacula animarum dicuntur secundum diversos
status earum Anima autem iuncta mortali corporali
habet statum merendi Sed exuta corpore habet statum recipiendi
pro meritis bonum vel malum Anima ergo post mortem
Aut est in statu recipiendi finale premium Aut est
in statu quo impeditur ab illo Si est in statu reci
pientis finalem retribucionem hoc est dupliciter
aut quantum ad bonum et sic est paradisus celestis Aut
quantum ad malum et sic racione actualis culpe est
infernus Racione autem originalis est limbus puerorum
Si vero est in statu quo impeditur a finali retribu
cione consequenda vel hoc est propter defectum persone
et sic est purgatorium quo detinentur anime ne statim

premium assequuntur et hoc propter peccatum quod hic commiserunt
vel propter defectum nature Et sic erat limbus puerorum in
quo detinebantur pueri a consecucione glorie propter carentiam
gracie necessarie qui non dum poterat expiari Secundo aliquis
post limbum inferni vel puerorum fuit sinus Abrahe in
fuerunt quasi habitacula maxima Tercio cum non erat ut
angeli animas tunc statim ad infernum deducerent et tunc
erat ut animas deducerent in sinum Abrahe Pro isto
notandum secundum sanctum thomam animas hominum post mortem
non perveniunt ad quietem nisi per meritum fidei quia
ut dicit apostolus Impossibile est sine fide placere
deo primum autem exemplum fidei datum est
hominibus in Abraham eo quod primus se de cetu in-
fidelium segregavit et speciale signum fidei accepit
scilicet circumcisionem Et ideo circo requies que hominibus
post mortem datur aut locus eiusdem requiei dicitur
sinus Abrahe quasi receptaculum continens abraha[m]
et animas sanctorum in requie qui meruerunt fide
Secundo notandum quod anime sanctorum post mor-
tem non habebant omni tempore eandem requiem
quia post christi adventum habent plenam quietem
tum per suam consecucionem glorie Et ideo locus eo-
rum continens in ista sua requie vocatur mo-
sinus Abrahe et est celum empyreum Sed ante
christi adventum habebant quietem quidem per immunitatem
pene nullam cum tunc habebant penam sensus sed
non habebant tunc quietem desiderii sui quia non-
dum habebant gloriam quam valde desiderabant
Quantum est receptaculum quod tunc continebat sanctos
consideratum in quantum anime ibi contente habebant
requiem a penis exterioribus dicebatur sinus
Abrahe Consideratum autem quantum ad id quod carebant
de requie debita dicebatur limbus inferni Ex qui-
bus patet quod sinus Abrahe et limbus inferni
ante adventum christi unum erant re sed differe-
bant racione Secundo patet quod sinus Abrahe modo
est omnino divisus a limbo inferni quia sinus Abra-
he modo est celum empyreum et ad huc sinus Abrahe

etiam erat fideles suos perduci Tertio patet quod non tot
sunt receptacula post xpi ascensionem quot ante
fuerunt / quia infernus et locus puerorum et purgatorium
et loco quarti quod tunc dicebatur sinus Abrahe
et continebat animas sanctorum prius illud est ce-
lum empireum ut dictum est Porro ista quatuor
receptacula generalia sunt ad hunc aliqua alia in
superficie terre ad que aliquando ex speciali dei dispensa-
tione deputantur aliquae anime puniende Istud patet
ex multis que beatus Gregorius narrat iiii^o dyalogorum inter
que unum est illud de theoderico supius allegatum
Et illud de pascasio etiam prius allegatum Et in eodem
libro narrat de quodam Romano cui in quibusdam labo-
ranti apparuit navis parata qua ipse et vicinus suus
ducendi essent ad Siciliam qui statim post hoc fue-
runt simul mortui Et subdit Gregorius quod nemo ad mortem
ad Siciliam sit ducendum testatus est quod aliud sen-
tiri potest nisi quod preceteris locis in eiusdem terre insulis
eructuante igne tormentorum olle patuerunt que ut
solent narrare qui noverunt laxatis cottidie finibus
excrescunt ut mundi termino appropinquante quanto certum est
collectos amplius ex eundem cremandos colligi tanto ut eadem tor-
mentorum loca amplius videantur aperiri quod omni-
potens deus ad correctionem viventium in hoc mundo
voluit ostendi ut mentes infidelium qui inferni tormenta
non credunt esse tormentorum loca videant
que audita credere recusant Et ista loca penarum
in Sicilia de quibus dictum est vocantur olle
vulcani et sunt quedam putei flammivomi vel
quedam caverne terre per quas sulfuream flammam
De secundo dubio scilicet ubi sunt illa quatuor rece-
ptacula situata Videtur quod omnia sunt subtus
quia circa infernus sit quedam regio subterranea quo-
dam igne plena circumdans medium mundi
quod est sursum deorsum consonat dictis sanctorum
et sacre scripture ut est declaratum in priori distinc-
tione et consonat etiam racioni Si namque illi qui

hic fuerunt optimi locabuntur pro meritis suis in supre-
mo celo Congruum est quod pessimi locentur pro suis
demeritis in loco opposito qui est infimus terre quod
est summe deorsum Est etiam congruum ut qui super-
biam viventes cor suum celestibus abstraxerunt
et bonis terrenis animo affixerunt qui in profundo
terre penas luant propter eorum perversitatem Quod in scripturis
veteris testamenti legitur manifeste quod ante pas-
sionem Christi anime et iustorum et iniustorum ad in-
fernum descenderunt Ex quo patet quod dicta quatuor
receptacula ad que ante Christi passionem iusti
et iniusti dampnati et purgandi recipiebantur
sunt omnia sub terra circa medium mundi Et infernus
dampnatorum est infimus omnium Unde super illo Ione
2o proiecisti me in profundo in corde maris dicit glossa
quod sicut cor in medio animalis sic infernus in medio terre
De tercio dubio de situ scilicet et habitudine istorum
receptaculorum respectu mutuo sunt diversi modi
dicendi et diverse ymaginationes Una vero satis
probabilis dicit quod infernus est regio terre centralis
et quelibet aliarum orbiculariter istam circumstat
scilicet sub et supra sicut tunice se circumdat cepe
Et videtur quod infernus est regio infima quia centra-
lis ut centrum eius sit centrum terre et istam
immediate circumdat secunda regio puerorum qui decesse-
runt in peccato originali Supra quam est regio purga-
torii etiam orbiculariter circumdans ambas pre-
dictas circumstantes Et supra illam limbus patrum
Sic omnes alias orbiculariter circumdans Secundo
possibile esse quod ille quatuor regiones habent se ad
invicem per modum eorum receptaculorum spericorum
vel alterius cuiuscumque figure super mutuo imme-
diate vel mediate positorum ita quod centrum in
fine sit centrum mundi et alie tres regiones circa
ad unam circum partem supra infimam regionem
scilicet infimum receptaculum situentur Et sic sinus Abrahe

qui et dicitur limbus patrum vel inferni multum distans
ab inferno dampnatorum Unde per duas regiones interme-
dias quod consonat dicto beati Augustini 2o de ci. dei ubi
dicit Non absurde credi potest antiquos etiam sanctos qui Christi
venturi fidem habuerunt locis quidem a tormentis
impiorum remotissimis apud inferos fuisse donec
eos inde sanguis Christi et eius ad ea loca descensus
erueret Unde possibile est quod tres regiones non tantum
licet inferno qui centralis est assistunt et iuxta po-
nuntur adinvicem diversis positionibus ut una ab oriente
te alia ab occidente tertia a meridie vel a parte
illi opposita Et quod ille tres regiones non tangunt centrum
in medio sed quod sit quedam distancia media potissima
inter sinum Abrahe et infernum Unde dicitur in parabola de
divite epulone quod dives damnatus elevatis oculis vidit
Abraham et lazarum a longe in sinu eius ubi videtur
notabilis distancia denotari Et iterum ibidem legitur
Abraham dixisse in hiis ambobus inter nos et vos chaos
magnum firmatum est ut hii qui volunt hinc transi-
re ad vos non possunt neque inde huc transmeare quod
ad literam acceptum denotare videtur interpositionem
impertransibilis distancie ratione alicuius impedimenti
vel indispositionem iter impedientis // Quartum dubium
fuit de qualitate dictarum regionum Ad quod dicitur
quod secunda regio superiorum luminosa est et leta Sed
inferiorum tenebrosa est et mesta propter quod dixit sanctus
Job dimitte me ut plangam paululum dolorem
meum antequam vadam etc. Consonat etiam hiis que
predicta sunt scilicet quod ille regiones sunt in fundo terre ubi
propter defectum lucis et influencie nichil amplius generatur
de naturalibus vel vegetabilibus et animalibus Et ideo
totalis ista regio non potest illuminari a sole aut
stellis Et licet alique de dictis regionibus sint plene
igne scilicet infernus et purgatorium adhuc tamen sunt
tenebrose eo quod ille ignis est obscurus impurus
et fumosus ac sulphureus Aliquibus tamen probabile
videtur quod ille locus inferni superior scilicet in quo sancti
patres manserunt fuit tunc quedam regio pulchra
licet pulcherrima relicta medio aere [illegible]

Illustrato et alia huius gratia quibus quasi quedam
paradisus maxime ornantur. Ubi etiam nullum habebant
dolorem nisi forte ex dilatione glorie corporis tamen
certa spe magnum habebant gaudium ut dicit sanctus tho.
// Ad rationem ad primum dicitur quod quamvis anima separata non
magis conveniat cum uno loco corporali quam cum
alio tamen sunt necessario. Cum natura eius ex loco non depen-
deat tamen propter operationes quas debet in loco exercere vel
que circa eam debent magis exerceri magis sibi con-
venit unus quam alter etc. // Ad secundam dicit sanctus tho.
quod anima separata nichil recipit directe a locis corporibus
per modum quo corpora recipiunt que conservantur a suis
locis. Sed ipse anime ex hoc quod cognoscunt se talibus
locis deputari sibi gaudium ingerunt aut merorem
et sic locus cedit eis in premium vel merorem. Ad tertium
ardus declarat dicens celum empireum quamvis in nullo
augeat maximam latitudinem caritatem augeat tamen
in aliqua delectationem accidentalem inquantum anime istum
locum plus diligunt quam alia loca // sed pura rei di-
lecte aliqua causat delectationem. Ratio autem quare il-
lum locum plus diligunt est quod sciunt istum locum
sibi deputatum a deo quem summe diligunt // Secunda
ratio est quia divinam bonitatem expressius vident
refulgere in isto loco tamquam in effectu et hoc propter
excessum nobilitatis istius loci super alia loca // Tertia
ratio quia illius loci sublimitas et nobilitas
et luminositas expressius representat ipsarum animarum spirituale
sublimitatem illuminationem et quietem et glorie proprie-
tatem et unumquodque eorum partibus plus
diligit locum qui magis est representativus sue no-
bilitatis quam nobilitatem intrinsece diligit. Secundo
tartarus locum dampnatorum in aliquo auget ipsorum
afflictionem quia locum istum odiunt triplici ex causa.
Una quia sciunt ipsum esse sibi deputatum a divina
iustitia quam odiunt // Secunda quia illius loci vi-
litas est representativa sue obligationis ad penam
// Tertia quia est continentivus ignis quo affliguntur Respectu hominum

autem illarum animarum que purgantur in aliquo auget
ipsarum afflictionem Non quia ipsam adiuuant voluntate
deliberata cum sint in caritate et sciant istum locum
sibi esse assignatum ad tempus ad terminum purgationis
et hoc a diuina iusticia quam diligunt Sed tamen ipsi na
turali motu voluntatis refugiunt afflictionem quia sicut
obligationem ad penam reputant et ignem continet quo
affliguntur / Pro maiori tamen est notandum quod secundum
Exire de inferno — sanctum thomam Aliquem exire de inferno vel celo
empireo potest intelligi dupliciter Uno modo ut sic simpliciter
exeat quod amplius locus eius non sit infernus aut
paradisus Et sic nullus ad infernum aut ad celestem
paradisum finaliter deputatus potest isto modo inde exire
Sed de purgatorio sic exeunt anime cum sunt ple
ne purgate ut amplius non deputantur ad illud
sed euolant in celum Alio modo potest intelligi ut ex
eant inde ad tempus Et ita secundum dispensationem pro
uidencie diuine anime separate aliquando exeunt a suis
receptaculis et conspectibus hominum presentantur Sicut
Augustinus in libro de Cura pro mortuis agenda narrat
de felice martire qui ciuibus nolanis visibiliter apparuit
Cum a barbaris oppugnarentur Et credi potest quod
hoc aliquando de damnatis contingat quod ad erudi
tionem hominum et terrorem permittuntur viuentibus appa
rere Aut eciam ad suffragia expetenda quantum ad
illos qui in purgatorio sunt ut patet per multa que
narrantur in quarto dyalogorum / Per hoc dicitur
ad tercium quod auctoritas predicta loquitur de hoc quod nullus
exit de inferno aut paradyso simpliciter Sed potest ad tercium
Auctoritas Augustini autem loquitur de communi lege et
secundum consuetum cursum quod multis videtur quod
anime separate non possint per naturam et suam propriam
velle possint exire sed permittuntur Sed quod non
exeunt potissime de locis penarum hoc est quod
prohibentur a virtute superiori Et sic concordantur
primum Et quod volunt predicte exire Adhuc non scitur
Et viuentibus raro apparent quociens apparent

incarne viventes quia separate a corpore vel omnino confor
mantur voluntati divine ita quod non liceat eis nisi secundum
quod divinam disposicionem contigerit intueantur vel aut
sunt ita penis oppressi ut de sua miseria plus doleant
quam curent multociens aliis apparere Et addit sanctus
thomas quod quamvis anime sanctorum vel dampnatorum
aliquando presentes assint ubi apparent non tamen credendum
est hoc semper contingere Aliquando eciam huiusmodi apparaciones
fiunt vel indormiendo vel invigilando operacione
bonorum vel malorum spirituum ad instruccionem vel decep
cionem viventium sicut eciam et vivi homines aliis
aliis apparent et eis multa dicunt in sompnis tamen
tamen constet eos non esse sicut augustinus per multa exempla
probat in libro de cura pro mortuis agenda //

Apparicio mortuorum [illegible]

¶ Contra predicta arguitur sic Nulle anime statim post
mortem deducuntur ad celos aut ad infernum eciam
loca non sunt receptacula animarum quod probatur
quia super illo psalmo Adhuc pusillum et non erit peccator
dicit glossa sancti liberantur in fine vite post hanc
tamen vitam non ubi erunt non erunt sancti quibus
dicetur venite benedicti patris mei percipite regnum Sed
isti sancti quibus sic dicetur erunt in celo igitur
sancti non statim post hanc vitam ascendunt
in celum Secundo pena et premium que per sentenciam iudicis red
duntur non debent iudicium precedere Sed ignis
inferni et gaudia paradisi dabuntur hominibus per sentenciam
christi iudicantis in ultimo iudicio igitur ante diem
iudicii nullus ascendit in celum nec aliquis descen
det ad infernum // Pro solucione racionis est notandum secundum
sanctum thomam quod sicut in corporibus est gravitas
et levitas quibus feruntur ad sua loca que sunt
fines suorum motuum Ita eciam in animabus meritum
et demeritum quibus deveniunt anime ad premium
vel penam que sunt fines accionum earum
Unde sicut corpus per gravitatem vel levitatem
statim fertur ad locum suum nisi prohibeatur Ita anime
statim soluto vinculo carnis per quod in statu vie dete

Contra argumentum

Solucio

tenebantur statim consequuntur premium vel penam
nisi aliquid impediat Sicut vel dum consequeretur
premium impedit veniale peccatum quod prius purgari
oportet Ex quo sequitur ut premium differatur Et quia
locus deputatur animabus statim exeuntibus a corpore
pone ideo statim ut anima a corpore absolvitur in
infernum demergitur vel ad celum evolat nisi impedi
atur aliquo facto quo propter celestem evolacionem differ-
at ut prius anima purgetur Et huic veritati auctoritates
scripture canonice manifeste attestantur Unde ad
Corinthios 5o. Si terrena nostra habitacio dissolvatur do-
mum habemus non manu. manu factam consumata
in celis Item ad philippenses 1o. dicit Apostolus Cupio
dissolvi et esse cum Christo Ex quo concluditur sic arti-
culo dyalogi Qui Christum in celo esse dubitat nec
pauli animam esse in celo negat Sed non est
negandum Christum esse in celo cum sit articulus fidei
Igitur nec est dubitandum animas sanctorum statim
post mortem ad celum ferri Quod etiam aliquas anime
ad infernum descendant statim post mortem habetur
Luce 16. Mortuus est dives et sepultus est
in inferno Attestantur etiam huic veritati documen-
ta sanctorum patrum Unde contrarium pro heresi est
habendum ut patet 4o dyalogi Et in libro de
ecclesiasticis dogmatibus // Per hoc ad articulum
primum dicit sanctus thomas quod glossa exponit passagium
quod cum dicit non erit ubi erunt sancti etc. sanc-
tus exponit subdens id est non habebis geminam
stolam quam habebunt sancti in resurreccione // Ad secun-
dum quod tamen abicitur Gregorius in 4o dyalogi apparet
et solvit Dicit Incipit anima in celo sed anime statim
quod est quod in die Iudicii perfecti sunt retribucione
recipiunt Et videt hostes omnes nimis tristes in
iudicio quia nunc sola anime retribucione letantur
postmodum vero eciam corporum leticie perfruentur
ut in ipsa quoque carne gaudeant in qua
dolores pro deo cruciatusque pertulerunt Et eodem modo

dicendum est de dampnatis quod iam in sola anima cruciantur sed post resurrectionem cruciabuntur in anima et in corpore etc.

Sequitur alia questio

Utrum suffragia per unum facta possint aliis prodesse. Arguitur quod non. Quia ad Galla. 6°. dicitur Que enim seminaverit homo hec et metet. Sed si unus ex suffragiis et bonis operibus alterius fructum acciperet iam meteret ea que ab aliis seminata sunt. Igitur ex alterius suffragiis nullus fructus consequitur. Secundo ad iusticiam dei pertinet ut unicuique retribuatur pro meritis suis. Unde in psalmo Reddens unicuique secundum opera sua. Sed iusticia dei deficere est impossibile quod unus ex operibus alterius iuvaretur. Igitur etc. Tercio ad divinam iusticiam pertinet scilicet reddere bona pro bonis et mala pro malis. Sed nunquam unus punitur pro malis actibus alterius. Immo dicitur Ezechiel 18. anima que peccaverit ipsa morietur igitur nec unus iuvatur pro bonis alterius etc. In oppositum arguitur per illud quod dicitur in psalmo Particeps ego sum omnium timencium te et custodiencium mandata tua. Item omnes fideles per caritatem uniti sunt unius corporis scilicet ecclesie membra sed unum membrum iuvatur per alterum igitur et unus homo potest ex alterius meritis iuvari. Pro responsione est notandum secundum sanctum thomam quod actus noster potest ad duo valere primo ad aliquem statum acquirendum sicut per opus meritorium homo acquirit statum beatitudinis. Secundo potest valere ad acquirendum aut quis statum sicut homo per aliquid accipit bonum meretur premium aliquid aut per tale aut diminucionem pene. Secundo notandum quod ad utrumque iam dictorum potest actus noster dupliciter valere uno modo per viam meriti alio modo per viam oracionis. Et est differencia inter has duas vias quia meritum innititur iusticie ad iusticiam enim pertinet quod

pertinet ut ei qui meretur premium reddat Oratio vero im-
petrat petitum ex sola liberalitate eius qui oratur Et
ideo oratio facta ex caritate semper habet efficaciam
impetrandi / quia forte iudicio providencie est ali-
quid quod repugnat impetracioni // Ex hijs premissis
respondetur ad questionem Et dicitur primo secundum sanctum
thomam quod opus unius nullomodo potest alteri va-
lere ad statum gaudium (?) et hoc per viam meriti quia
nullomodo potest esse quod per hoc quod ego facio aliquod
alius mereatur vitam eternam Nec pro opere meo
bravium dabitur alteri gaudium et beatitudo Gloria enim glorie (?)
redditur secundum dispositionem recipientis eam unusquisque
autem ex suo actu disponitur et non ex alieno
// Secundo dicitur quod opus unius potest alteri dum est
in via valere ad statum consequendum et hoc per
modum orationis sicut enim unus homo impetrat
alteri primam graciam Cum enim impetratio orationis
sit secundum liberalitatem dei qui oratur impetratio
orationis potest se ad omnia ista extendere que sub
divina sunt ordinatione / Tercio dicitur quod quantum
ad id quod est quasi accessorium ad statum opus
unius potest valere alteri non solum per viam ora-
tionis sed eciam per viam meriti Et hoc contingit dupliciter
uno modo propter communicationem in radice operis que est
caritas in operibus meritorijs Et ideo omnes qui
ad invicem in caritate nectuntur ad emolimentum
ex mutuis operibus reportant secundum mensuram sui
status unusquisque quia eciam in patria quilibet
gaudebit de bonis alterius Et inde est quod articulus
fidei ponitur sanctorum communionem Alio modo opus unius
potest valere alteri quo ad aliud quod est quasi
accessorium ad statum et hoc ex intencione facientis
opus ut cum quibus aliqua opera quadam (?) effi-
ciuntur eorum pro quibus fiunt quasi eis a
faciente collata unde possunt eis valere vel ad
implecionem satisfactionis vel ad consimile (?) aliquod

quod tamen statum non mutat etc. // Per hoc ad primum argumentum
dicitur quod messio illa est pro premio vite eterne sicut habetur
sicut habetur Jo. 4to et qui metit fructum congregat
in vitam eternam. Bona autem vite eterne non datur
alicui adulto nisi pro operibus propriis. Unde et si
aliquis impetrat ut ad vitam perveniat nunquam tamen ad
hoc perveniet nisi mediantibus propriis operibus bo-
nis, dum scilicet precibus et meritis alicuius datur alicui
gratia ex qua quis bene operando meretur vitam eternam.
Ad secundum dicitur quod opus quod pro aliquo fit efficitur
eius pro quo fit et per opus eiusdem. quia meritum
est unum in quodammodo et meritum unde non est contra
divina iustitia si unus fructum recipit de operibus
factis alicui qui est unus secum in caritate aut de
operibus pro se factis. hoc est secundum humana iustitia
contingit ut pro satisfactione unius per alterum acceptatur. Ad
3m dicitur quod differre alicui quod sibi debetur hoc
divine iustitie repugnat sed alicui dare aliquid quod ei non
debetur hoc non est iustitie contrarium sed excedit
iustitie metas. Est enim liberalitatis. Non autem potest aliquis
ledi ex malis alterius nisi ei aliquid de suo sub
traheretur. Et ideo non ita convenit quod quis puni
atur pro malo alterius sicut quod emolumentum percipiat
ex bonis alterius etc.

Alia questio

Utrum mortui possint iuvari per opera vivorum.
Arguitur quod non. Primo dicit Apostolus 2e Cor. 5to
Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi ut re-
cipiat unusquisque propria corporis que gessit. Ergo
ex hiis que post mortem hominis geruntur quando extra cor-
pus erit nichil ei accrescere poterit ex aliquibus operibus
in terris. // Secundo Apoc. 14. dicitur beati mortui qui
in domino moriuntur. Et subditur opera enim illorum
secuntur illos. Igitur nichil iuvabuntur per alie-
na opera in terris. // Tertio preterea ex opere aliquo est
solum meritum in via existentibus sed homines post mortem
iam non sunt viatores ergo de eis intelligitur quod
legitur Gal. [illegible]

possunt igitur mortui de suffragiis alterius iuuari
non possunt / Quarto nullus iuuatur ex opere alterius
nisi sit inter eos aliqua uite communicatio / sed nulla est
communicatio mortuorum ad viuos secundum philosophum primo
Ethicorum ergo suffragia viuorum mortuis non prosunt
Oppositum est quod dicitur 2 Machabeorum 12. Sancta
et salubris cogitacio etc. sed hoc esset inutile nisi
eos iuuarent igitur suffragia viuorum pro mortuis
prosunt // Conclusio prima suffragia viuorum non
prosunt mortuis ad culpe remissionem / probatur quia
duplex est quia culpa inqua aliquis decedit vel est
mortalis vel venialis / si est mortalis tunc decedens
in ea non est capax remissionis eius quia
est totaliter et perpetue dampnatus nec alicui di-
mittuntur mortalia post hanc vitam Si vero
culpa sit venialis tunc aliunde remittitur quam per
suffragia ut fuit dictum in d. 21. // Secunda conclusio
Suffragia viuorum prosunt mortuis ad pene dimi-
nucionem vel totalem solucionem patet per illud Mach.
12 quod allegatum Sancta et salubris est etc. patet ista
conclusio per beatum Gregorium 4o Dyalogorum ubi dicit multis
constat quod multi reuixerunt apparuerunt viuis et pe-
tiuerunt pro se oraui ut precibus liberarentur ut
patet per Germano episcopo qui pascasium dudum
defunctum in balneo repperit que et per sacrificiali
oblacionem precibus eripuit idem etc. d. dicitur Mor-
tua ne prohibeas gratiam etc. 1 Cor. 15 Si mortui
non resurgent ut quid et baptizantur pro illis id
est pietatis opera faciunt quibus mortui purgantur
ubi Apostolus supponit quod baptizari pro mortuis id est
pia opera eis in adiutorium facere et pro eis prode
esse sit pium et sanctum // Item Augustinus Non est negandum
animas defunctorum pietate sanctorum adhuc
uiuencium posse iuuari Et idem in libro de cura
pro mortuis agenda dicit Non parua est vniuersalis
ecclesie que in hac consuetudine claret auctoritas ut
in precibus sacerdotis que domino deo ad eius altare fun-
duntur locum suum habeat eciam commendatio mortuorum

Quequidem consuetudo ab ipsis apostolis inchoavit ut dicit
damascenus in quodam sermone de suffragiis mor
tuorum sic dicens discipulorum consilii discipuli
salvatoris et sacri apostoli in tremendis et vivificis
misteriis memoriam facere eorum qui fideliter dor
mierunt sanxerunt Quod etiam patet per dyonisium
in ultimo capitulo celestis ierarchie ubi ritum commemorat
quo in primitiva ecclesia pro mortuis orabatur
ubi etiam dyonisius asserit suffragia vivorum prodesse
mortuis // Probatur etiam ratione magis enim videtur
apud deum amor caritatis inter fideles quam amor ci
vilis inter concives sed amor civilis in terris in homini
bus quod unus ex amore potest alium apud iudicem liberare
a debito pene vel rogando pro eo satisfaciendo
igitur et amor caritatis videtur quod unus apud deum
potest alium liberare in toto vel in parte a debito pe
ne orando vel pro eo satisfaciendo Quod et declarat
sanctus thomas dicens Caritas que est vinculum uni
ens membra ecclesie non solum ad vivos se
extendit sed etiam ad mortuos qui in caritate de
cedunt Caritas enim non finitur per vitam cor
poris unde 1o Cor 13 dicitur Caritas numquam ex
cidit potest etiam intentio viventium ad ipsos mor
tuos dirigi et sic suffragia vivorum dupliciter pro
sunt mortuis sicut etiam de vivis in priori questione
dictum est Nam primo propter caritatis unionem
et secundo propter intentionis ad eos directionem Non tamen
sic eis valere credenda sunt vivorum suffragia
ut status eorum mutetur de miseria dam
nationis in felicitatem vel econverso Sed valent
ad diminutionem pene vel aliquid huiusmodi quod statum
tum mortui non transmutat // Ad argumentum
primum videtur sanctus thomas quod homo dum in carne
vixit meruit ut hec ei valerent post mortem
sicam Addo quod per mortem eius immutatur nichi
lominus hoc procedit ex hiis que gessit in corpore
Vel dicendum secundum Jo. dam. in sermone predicto quod est

intelligendum quantum ad retribucionem que fiet in finali
iudicio quia erit eterne miserie vel eterne glorie in
qua quilibet recipiet salarium suum quod ipse in corpore
gessit interim aut quomodo iuvari possint vivorum suffra
giis // Ad secundum dicit quod licet ista expresse legi
tur de sequela eterne retribucionis quod patet ex
hoc quod subiungitur beati mortui qui in domino mo
riuntur / vel dicendum quod opera eorum facta sunt
eis quodammodo currum ut dictum est // Ad tercium dicitur
quod quamvis anime post mortem non sunt simpliciter in statu
tamen ad aliquid adhuc sunt in via scilicet in quantum
eorum processus adhuc retardatur ab ultima retri
bucione et ideo simpliciter eorum via est circumscripta
et non possunt ulterius per aliqua opera transmutari
secundum statum felicitatis et miserie Sed quantum ad
hoc non est circumscripta quin quantum ad hoc quod de
tinentur ab ultima retribucione possint aliquibus
iuvari quia secundum hoc adhuc sunt in via // Ad
quartum dicit quod quamvis communicacio civilium operum
non possit esse vivorum ad mortuos quia mortui
extra vitam civilem sunt tamen potest eorum esse communica
cio quantum ad opera spiritualis vite que est per cari
tatem ad deum cui mortuorum spiritus vivunt

Alia questio :—

Utrum suffragia per peccatores facta prosint
illis pro quibus fiunt Et arguitur quod non
quia dicitur Jo. ix peccatores deus non exaudit
si sic oraciones illorum non prodessent illis pro quibus
iam a deo exaudirentur igitur oracio per eos facta
nulli prodest igitur nec alia suffragia etc. // Se
cundo Gregorius in pastorali dicit Cum is qui displi
cet ad intercedendum mittitur irati animus ad de
teriora provocatur Sed quilibet peccator deo displicet
igitur si peccatores suffragia dant ad mitigandum iram non
placabitur sed plus provocatur in contrarium // Tercio anime
opus mediatoris apud deum oportet esse uni
ficatum id est caritate informatum sed opera pec-

priores facta sunt mortua igitur non possunt alij pro ea
iuvari pro quibus fiunt in certis // Inquiratur autem Nullus
potest pro certo de aliquo scire utrum sit in statu vel penitencie vel
gratie Si ergo tamen ista suffragia prodessent que fiunt
pro eis qui sunt ingrati non posset homo scire propter quod
homo tenetur suffragia suis defunctis et ita
multi et suffragiis procurandis retraherentur Respondetur
secundum sanctum Tho. quod in suffragiis duo possunt consi
derari Primo ipsum opus operatum sicut sacrificium altaris
et quia illa sacramenta ex se ipsis habent efficaciam absque
opere operantis quam explent equaliter pro quocumque fiat
hinc nam equaliter bonum ipsum est baptismum pro quibuscumque
ministratur scilicet sive a bono sive a malo et ita de sacri
ficio altaris Secundus vero est de ordinibus et ieiuniis
et aliis / Secundo potest in suffragiis considerari opus
operans et sic distinguendum est / quia operatio priorum
suffragia facientis potest uno modo considerari ut est
eiusdem scilicet operantis propria et privata operatio Et
sic nullo modo est valitoria sibi aut alteri Alio modo potest
operatio talis considerari inquantum alterius quod dum
contingit uno modo inquantum priores suffragia faciens
gerit curam tamquam vices sicut sacerdos dum dicit ex
exequias mortuorum in ecclesia Et quia in intenditur
facere cum nomine vel vice sit ut patet per dyonisium
in decretis. Conclusio Unde est quod suffragia talis sacerdotis
quamvis prior sit defunctis prosunt non ex caritate
facientis sed ex caritate ecclesie cuius personam gerit Alio
modo quando agit ut instrumentum alterius opus enim est
instrumenti magis principalis agentis / Unde quamvis
iste qui agit ut instrumentum alterius non sit in statu
merendi actio tamen eius potest esse meritoria ratione
principalis agentis Sicut si servus impius ex ius
quantumcumque opus misericordie fecerit ex precepto domini sui
caritatem habentis / Unde si aliquis moriatur de
cedens precipiat quod sit fiat pro aliquo in purgatorio
existente ista suffragia valent defuncto quamvis
quamvis eos isti pro quos suffragia ut oraciones etc fiunt

non essent in caritate magis tamen valerent si in cari
tate essent / et tunc ex duabus partibus essent opera
meritoria scilicet ex caritate propria facientis suffragia
et ex caritate recipientis aut deputantis ea sicud
dictum est // Pro hoc ad primum articulum dicit sanctus thomas quod oracio
per peccatorem facta quod est peccatum eius tunc nullo modo
meretur sibi aut aliis tamen quandoque non est peccatoris per se
sed est alterius caritatem habentis et tunc ipse peccator vice
gerit aut eius minister est et tunc est semper hec
digna ut a deo exaudiatur verum ministerium est etc.
deus aliquos peccatores audit scilicet quod petunt ad deo accepte
Non enim solis iustis sed etiam peccatoribus deus bona
sua prudet ut patet ii^a ii^e q° Non aut ex eorum meri-
tis sed ex sua clemencia Et enim illud deus peccatoris
non audit non est curandum sed ceci non dum plene
illuminati // Ad secundum dicitur quod corpus ex parte eius qui
displicet oracio peccatoris non sit accepta tamen racione alterius
cuius vite et nomine agitur possit esse accepta // Ad tercium
dicitur quod corpus opus peccatoris non sit vivum in comparacione
eius potest tamen esse vivum in parte est alterius ut
dictum est etc. // Ad quartum in oppositum dicitur quod corpus
peracta as non possit scire de altero an sit in statu
salutis tamen potest probabiliter hoc estimare ex hiis que exterius
de homine videt ex fructu enim suo cognoscitur arbor
ut dicitur ii^a ii^e q° Sed d. An suffragia que fiunt pro
mortuis per sint vivis facientibus ea Ad hoc re
spondetur ex sentencione sancti Thomae quod suffragium
in ieiunio oracione elemosina vel factum pro mortuis
si fit ab eo qui est in caritate valet ad duo primo
videlicet ad meritum vite eterne Et racionem de est ipso
vivo facienti istud opus suffragii et ipse faciens
per hoc opus suum ex caritate procedens meretur sibi vi
tam eternam Aliud illud opus valet ad expiacionem
pene per modum satisfaccionis Et illo modo suffra
gium prodest illi pro quo fit si est in purgatorio
illa per modum satisfaccionis minuit sibi penam
tamen adhuc debitor est Sed illo modo suffragium
non prodest facienti illud nisi forte ut sic fiet

pro aliquo mortuo qui tali suffragio non indigeret quia
salvatus est vel quia non est capax suffragii quia for-
te dampnatus est si tunc faciens habet ecclesiam intencionem et
racionem in actu aut in habitu quod vellet pro se facere
si scirot alteri non prodesse pro quo facit / tunc prodest
ipsi facienti ad satisfactionem pro suis peccatis // Ad quod
potest allegari illud luce 10. si fuerit ibi filius pacis
requiescet super eum pax vestra sin autem ad vos rever-
tetur / Vel etiam prosunt talia suffragia in gene-
ralibus in purgatorio existentibus secundum capacitatem
et merita eorum si saltem intencio facientis fuit
referre in eos in genere / Ex hiis videtur tutius pagani
quod homines deberent libenter oraciones suas aliis committere
et opera bona sua in aliorum indigencium respectu
quia est eis multum salutare et melius incomparabiliter
quam si ea solum pro se faceret / Declaratur hoc ex dictis
quod si homo aliquod opus bonum ex caritate facit illud opus
ad duo valet videlicet primo eum in quantum ex caritate
procedit meretur eternum gradum glorie // Secundo illud
opus est satisfactorium pro solvendo aliqua partem
pene temporalis debite pro dimissis peccatis Si ergo homo
illud opus bonum ex caritate facit alteri in subsidium te
glorie gradus quem meretur per illud opus bonum.
manet sibi Nec potest eum alteri donare Sed in satis-
factione per tale opus et partem pene solucione
spoliat se et propter deum ex fraterna caritate transfert
illam in alterum magis indigentem / et hec est
elemosina spiritualis per quam elemosinam meretur
secundum gradum glorie / qui est sibi incomparabiliter melior
quam sibi bona fuisset illa satisfactio et unius partis
pene sue solucio Satisfactio enim fuisset sibi solum
temporale remedium Sed ille gradus glorie erit eternus
et bonum eternum est incomparabiliter melius quam
temporale solum Et ita si facit tale opus bonum
solum pro se tunc habet meritum unius gradus glorie
et eciam temporalem satisfactionem Sed si non ex cari-
tate Sed ex fraterna caritate facit idem opus in subsidium

alicuius defuncti indigentis aut alterius hic medium duarum grandium glorie tamen unum ratione operis principalis ut communis aut alterius talis // Secunda ratione elemosine quia quia privat se ista satisfactione ut per eam succurrat alteri Sicut enim privans se utilitate quam habere posset ex denario dat eum indigenti in elemosinam meretur ex hoc gradum glorie Ita qui se privat illa utilitate satisfactionis quam haberet ex suo opere et donat eam alteri indigenti facit sibi elemosinam et pari ratione ymo a forciori meretur ex hoc gradum glorie Item cum elemosine sint satisfactorie potest videri quod faciendo alteri illam elemosinam scilicet quod in eo transferret illam satisfactionem sui operis principalis ut communis orationis etc plus ex hoc satisfaceret pro se quam forte fecisset per opus principale Et in libro habetur ex verbis augustini quod suffragia vivorum prosunt illis mortuis qui cum viverent hoc sibi ut postea possent meruerunt quod solet sic exponi scilicet qui hic taliter vixerunt quod in maiori caritate abhinc decesserunt aut qui multa opera misericordie hic fecerunt et alios indigentes et in purgatorio existentes libenter iuverunt Debet ergo homines libenter orationibus piis et operibus bonis iuvare defunctos ut per hoc mereantur hic et quod talia suffragia tempore quo eciam ad purgatorium venerint amplius prosint

Alia questio

Utrum suffragia prosint existentibus in inferno Arguitur quod sic per hoc quod dicitur ii Machabeorum 12 dicitur enim ibi quod invenerunt sub tunicis interfectorum de donariis ydolorum a quibus lex prohibet iudeos et tamen postea subditur quod Iudas 12 milia dragmas argenti misit ierusalem offerri etc Constat autem illos peccasse mortaliter contra legem agentes Et ita in peccato mortali decessisse et ad infernum translatos in existentibus in inferno suffragia

prosunt 1° et 2° / 2° ibi dicitur in gradali Sancta ergo
et salubris est cogitatio pro defunctis exorare hec quo
sine limitatione dici pro defunctis igitur videtur
quod omnibus prosint igitur et dampnatis ymo ecclesia
in collectis et aliis orat generaliter pro defunctis non ex
cludendo dampnatos fideles tamen dicit Quibus famu-
larum famularumque tuarum et omnium fidelium defunc-
torum Item oramus pro omnibus fidelibus defunctis
3° pro defunctis oratur Ne absorbeat eas tartarus
ne cadant in obscurum / Et frustra sic orat pro hiis
qui decedunt in caritate quia purgandi sunt tamen
erat certa illos non casuros in obscura Igitur oportet
quod huiusmodi oraciones intelligantur de dampnatis et sic vi-
dentur suffragia ecclesie omnibus prodesse / Quarto i-
sta habetur ex dictis Augustini quibus valent suf-
fragia illis ad hoc prosunt ut sit plena remissio
vel ut sit tollerabilior eorum dampnatio sed soli
illi qui sunt in inferno prosunt suffragia Item Au-
gustinus in Enchiridion distinguit de mortuis quod quidam
eorum sunt valde boni et quidam valde mali
Alii mediocriter boni et quarti mediocriter boni et
et quidam valde mali Alii mediocriter boni et alii
mediocriter mali Et dicit glosa decreti 13 q. 2 c.
per mediocriter malos intelligit illos dampnatos qui
fidem habuerunt et tamen aliqua mortalia commiserunt
sed non magna et quod illis prosunt suffragia Quinto
in vitis patrum legitur quod et damascenus in suo sermone
refert quod macharius inveniens in via calvariam cuiusdam
defuncti capitis / oratione premissa que sunt tunc capt
fuisset / et caput respondit quod fuerat sacerdotis genti-
lis qui in inferno erant dampnati et tamen consessum
est oratione sancti macharii sic et alios quam alii
Ergo suffragia ecclesie etiam gentilibus in inferno prosunt
Quinto damascenus in eodem sermone narrat quod beatus Gre-
gorius pro traiano orans flendo audivit vocem
sibi divinitus allatam tuam vocem audivi et
Traiano veniam do / Cuius ut damascenus dicit in dicto sermone

testis est oriens omnibus et occidens Sed constat Traya-
num in inferno fuisse quia multorum martirum necem
amaram instituit ut ibidem dicit dampnum Secundo suffragia
ecclesie prosunt existentibus in inferno // Octavo nullum bonum
irremuneratum sed dampnatus aliquis qui per totam
vitam suam usque ad ultimam horam in qua mortaliter
peccavit bene vivendo multa bona fecit pro quibus
non est remuneratus in presenti igitur remunerabitur
in futuro et non in gloria igitur per mitigacionem
penarum debitarum culpe sue etc. // In oppositum
Damascenus arguitur dyo. in s. r. te. Johannes dicit quod sicut
peccatores qui in mundo non erunt remissionem quia non
audientur pro illis igitur suffragia non valent ex-
istentibus in inferno // Secundo Gregorius in moralibus
dicit eadem causa tunc non orantur tunc sed post diem
iudicii pro hominibus eterno igne dampnatis que nunc
est causa ut non orentur pro dyabolo angelisque eius
eterno suppliciis deputatis que eciam nunc causa est ut
non orent sancti pro infidelibus hominibus impiisque
defunctis quia de eis utique quos eterno iam dampnatos
supplicio noverunt ante illud iudicis iusti conspectum
orationis sue meritum cassari refugiunt Igitur suffragia
dampnatis in inferno non valent // Tercio nullus hoc
ex verbis Augustini quia sine fide operante per dilectionem eciam
patribus postquam de corpore exierunt frustra illis
sibi huiusmodi hec officia impenduntur sed omnes dam-
nati sunt huiusmodi etc. eis suffragia non prosunt
// Quarto dicit Augustinus ut allegat eciam altissiodorensis
super sentencias pro eo dampnatum nullomodo orare
pro eo sicut nec pro dyabolo etc. Quinto super articula
certa esset de aliquo viatore quod dampnandus esset
non oraret pro eo igitur multo forcius non ora-
ret pro dampnato facto tali quod patet per Augustinum
21. de ci. dei. ut allegat eum Adam ubi dicit
demum si de aliquo certa esset eciam ut qui sunt illi
qui licet in hac vita adhuc constituti predestinati
tamen sunt in eternum ignem ne cum dyabolo tamen non oraret

pro eis quam non pro ipso // Sexto in inferno est quanti
tas pene secundum quantitatem culpe secundum illud capitulo 7.
In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis
Et secundum illud Apocalypsis 18. quantum se glorificavit et in
delitijs fuit tantum date ei de tormento et luctu
Sed per nulla suffragia facta pro dampnatis mi
nuetur eorum culpa igitur nec eorum pena minu
etur etc. De hac questione ut recitat sanctus thomas
et alij doctores fuit duplex opinio Quidam enim
dixerunt in hoc distinguendum esse dupliciter Uno modo
quantum ad tempus dicebant enim post diem iudicij
nullus in inferno tunc existens aliquo suffragio
iuvabitur Sed ante diem Judicij Aliqui in infer
no existentes iuvantur suffragijs etc. Alio modo disting
uebant quantum ad personas in inferno detentas Qua
ntum dampnatos dicebant quosdam esse valde
malos qui sine fide et sacramentis etc. decesse
runt et talibus qui de eorum non fuerunt nec
ullo modo nec merito suffragia ecclesie prodesse non pos
sunt Alij vero sunt valde mali qui licet decedentes
fuerunt non quia fidem habentes et sacramentis imbuti
aliqua opera de genere bonorum fecerunt et talibus
suffragia ecclesie debent prodesse et istius opinionis
fuit glosator decreti 13. q. 2. ca. tempus // Sed
illis occurrit una dubitatio eos perturbans Qua
tenus pena inferni sit finita intensive quamvis infi
nita durative videtur ex illa opinione sequi quod
suffragijs multiplicatis pena illa totaliter auferretur
Ut gratia exempli si quis det elemosinam pro illo
mortuo qui prius est mediocriter malus illa minuit
et secundum eos aliquid de pena eius et si pro por
tentissima partem pro eo tunc dentur tales tres
elemosine erit tota pena eius sublata et per conse
quens totaliter a pena liberatus quod est error origenis Hac
inquirentes isti de ista opinione multipliciter evadere
voluerunt // Prepositinus enim ille antiquus doctor dixit
quod tamen possent suffragia pro dampnatis multiplicari quod

A pena tota reddentur immunes Non quod simpliciter
ut origenes posuit sed ad tempus scilicet usque ad diem
judicii Tunc enim anime iterato corpori juncte
in penas inferni sine spe venie detrudentur
Sed ut dicunt sanctus thomas et ceteri doctores
ista opinio non stat in veritate ymo videtur re
pugnare divine providencie que nichil in rebus
inordinatum relinquit Culpa autem ordinari
non potest nisi per penam Unde non potest esse ut
una pena tollatur nisi prius culpa expietur
Et ideo cum culpa contritione et semper maneat
in dampnatis eorum pena nulla ratione minuetur
(rumpetur) Alii ergo scilicet parrochiani ad evadendum
illud inconveniens alium modum adinvenerunt di
centes quod hoc modo proceditur in diminutione pe
narum per suffragia sicut proceditur in divisione
linee que cum sit finite longitudinis tamen in infinitum di
vidi potest in partes non eiusdem quantitatis sed
in partes eiusdem proportionis nec umquam per divisi
onem consumitur dum sit prolongata ut dixi
non secundum eandem quantitatem sed secundum eandem
proportionem ut si primo aufferatur quarta pars
linee et secundo quarta pars remanentis et sic deinceps
in infinitum Et similiter dicunt quod per suffragium unum
auffertur una pars pene illius dampnati et post
secundum pars remanentis secundum eandem proportionem
ut si per primum suffragium auferatur centesima
pars pene tue per secundum non auferatur secunda
centesima totius sed centesima remanentis Et
sic intelligatur de tercio suffragio et deinceps in
infinitum Et ita etiam dicit glosator decreti in
loco preallegato Sed iste modus similiter non potest
stare ymo invenitur multipliciter deficere
primo quia non est aliqua racio quare secundum
suffragium minus de pena minuat quam primum si sit
equalis valoris et forte maioris Secundo quia pena

diminui non pot nisi diminuatur culpa sicut nec aufer-
ri nisi ea ablata // Secundo quia in diminisione huiusmodi tamen
pervenitur ad hoc quod non est sensibile Corpus enim sensibile
non est in infinitum divisibile in insensibilia Et sic proicitur
quod post multa suffragia pena remanens ipsi damp-
nato propter sui parvitatem non sentiretur ab eo et
ita non esset pena Et ideo alii ad huc adinvenerunt
modum Altissiodorensis enim dixit quod suffragia prosunt
dampnatis non quidem per diminucionem vel interrup-
tionem pene sed per confortacionem pacientis Sicut si ho-
mo portaret grave onus et facies sua per sudarium tersaque
Sic enim confortantur ad melius portandum tamen ho-
minis sicud in nullo levius fiet Sed etiam illa opinio
non pot stare quia anima plus alt minus etiam quam
ne gravatur ut dicit Magister sententiarum secundum meritum culpe Et
inde est quod eodem igne quidam plus quidam minus
cruciantur Unde cum culpa dampnati in minuta
permaneat non pot esse quod levius pena fiat Est michi
leviusque dicta opinio presumptuosa ut patet secundum dictis
contraria et una nulla auctoritate fulta Et nichilominus
est irrationabilis quia dampnati in inferno sunt extra vin-
culum caritatis secundum quam opera vivorum continuantur
mortuis et eis prosunt Et etiam dampnati totaliter
ad terminum vie pervenerunt accipientes ultra pro meritis
retribucionem sicut et sancti qui sunt in patria Et ideo
non pot eorum pena minui sicut nec gloria secundum
Augustinum quo ad premium essentiale Adhuc est aliquorum
opinio qui dicunt quod suffragia prosunt dampnatis
non sic quod minuant eorum penam nec per ea interrumpi-
tur eorum pena Nec videtur eis quod tam ad diminucionem
sensibilis pene sed sic prosunt quod ex huiusmodi suffragiis
aliqua materia doloris eis subtrahitur dum suffragia
pro eis fiunt Sed nec illud pot stare secundum quem
legem quia ut dicit Augustinus in de cura pro mortuis agen-
da quod proprie de dampnatis vero est quod ibi sunt spiritus
defunctorum ubi non vident quecumque aguntur
aut eveniunt in ista vita hominibus et ita non cognoscunt

qm pro eis suffragia fiunt Aut supra quem legem sit
remedium diuinitus detur aliquibus dampnatis quod est
omnino incertum Et ideo secundum sanctum thomam bonam
venturam durandum et ceteros doctores est simpliciter
dicendum quod suffragia non prosunt dampnatis nec ecclesia
pro eis orare intendit et patet hoc examinantibus
in apparatum racionibus adductis Ad primum autem tunc apparet
dicit super textum. quod donaria ydolorum non fuerunt
inventa apud istos interfectos ut ex eis concludatur
possit quod in ydolorum reverenciam ea deferrent sed ea
acceperunt ut victores que eo iure belli debebant
ut tamen per quadriam venaliter peruenerunt Unde non
fuerunt in inferno dampnati et ideo suffragia eis prodesse
poterant vel dicendo secundum quosdam quod in ipsa pugna
na videntes sibi periculum imminere de peccato penituerunt
runt secundum illud psalmi Cum occiderent eos querebant
eum et hoc potest probabiliter estimari et ideo pro eis
oblacio facta est Ad secundum dicitur quod textus statim
specificat cum subditur hiis qui cum fide dormi-
cione acceperunt Et subditur de collectis dicitur quod
fidelium accipitur ibi pro fidelibus fide formata nos in
inferno existentes non habent fidem formatam cum caritate
caritate Et si accipitur pro omnibus fidelibus defunctis
generaliter quorum quidam fuerunt dampnati et aliqui non
adhuc non sequitur quod oracio inutiliter orant quod
ipsa ignorat qui sunt dampnati licet ergo ista oracio
non sit utilis dampnatis est tamen utilis ipsis orantibus
et illis qui in purgatorio sunt et tunc iuxta illud
Oracio mea in sinum meum convertetur Etiam qui dicunt
suffragia prodesse dampnatis dicunt quod eorum oracio non
est certificata de hoc quod suffragia non prosunt aliquibus
dampnatis et licitum est ei de latitudine caritatis
velle quod prosint eis voluntate saltem conditionata sub hac
si non sit contra diuinam dispositionem Ignorat enim
in hoc diuinam voluntatem et non oportet eam
absolute voluntatem suam conformare dei volun-
tati nisi in quibus ipsa est certa de dei voluntate

Illa est sentencia alt̃sadaron // Ad tercium dicitur quod maxime pe-
ne purgatorij vocantur tartarus et loca ali stura sed
quas dicit apostolus horrendum est incidere in manus dei
viventis Et Augustinus dicit / Domine hic ure hic seca / ht on
sic ut dicit Augustinus ignis purgatorij ad penas presentes
sicud ignis verus ad ignem pictum sicut allegat alti-
sadoris // Ad quartum dicitur quod dampnacio in ex his
istis accipitur large pro quacumque punicione ut sic
includat eciam penam purgatorij / dicitur enim quando
aliquis condempnatus ad certam penam solvendam
aut ad aliqua supplicia sustinenda Sic cma mcava
sumitur dampnacio pro pena temporali cum dicitur neque
tu times deum cum in eadem dampnacione sis Et
quod est sensus verborum sancti Augustini quod illa
valent vel ad hoc quod statim plenarie liberentur
a penis purgatorij vel ad hoc quod mitius intensive
vel extensive cum ipsis agatur // Ad quintum dicitur
quod licet distinctio beati Augustini sit quadrimembris
quo ad verba est tamen solo trimembris quo ad rem
quia mediocriter boni sunt mediocriter mali illi scilicet
qui decedunt in gracia cum peccato veniali vel cum
debito pene temporalis Nec est simile de indulgen-
tijs quia mitigacio pene defunctorum per suffragia
est secundum legem pre alterius prelati // Ad sextum dicit
sanctus thomas quod illud adiutorium non erat sic
quod eorum pena minuerentur sed erat in hoc solo
ut ibidem dicitur quod eo carente concedebatur eis ut
mutua se viderent et in hoc aliquid gaudium ha-
vnd sed fantasticum huiusmodi enim implebatur hoc quod de-
sideraverant sicut et demones gaudere dicuntur quando homines
ad peccata pertrahunt quamvis per hoc pena eorum nulla-
tenus diminuatur // Ad septimum dicit sanctus thomas Traianus
quod de isto facto traiani potest hoc modo probabiliter esti-
mari quod precibus beati gregorij fuerit revocatus ad vitam
et ibi graciam consecutus sit per quam remissionem habuit
peccatorum et per consequens pqtrinus in immunitatem a pena
sicut cria atque in omnibus miraculose a mortuis sus-
citatis quorum plures constat ydolatras fuisse De omnibus

cum huiusmodi scilicet dici oportet scilicet quod non erant in inferno
finaliter deputati secundum presentem iustitiam priorum
meritorum secundum autem superiores causas quibus pre
iudicabantur ad vitam revocandi erat de eis aliter dis
ponendum // Vel dicendum secundum quosdam quod anima
traiani non fuit simpliciter damnata et hoc pene abso
luta sed eius pena fuit suspensa ad tempus scilicet
usque ad diem iudicii // Nec tamen oportet quod hoc fiat
tantum per suffragia quia alia sunt que lege communi acci
dunt et alia que singulariter ex privilegio aliquibus
conceduntur Sic alii sunt huiusmodi limites etc.
Alii dicunt propria virtute ut dicit Augustinus in libro de
cura pro mortuis agenda // Ad octavum dicendum Altissiodorensis
quod talis cum venit pro mortuis agenda quod plus retri
buatur quia meruit vitam eternam et illa numquam habuit
et hoc propter culpam suam quia precedentia merita
anime destruxit per sequentia peccata et etiam meritum merce
dis scilicet gratiam unde in Ezechiele dicit dominus Cum averterit
se iustus a iustitia sua omnium iustitiarum suarum non
recordabor Et est simile de illo sicut de aliquo qui conductus
ad vineam alicuius venit aliquot denarios et antequam acci
piat premium destruxit penitus quod fecerat Tali enim
non debetur quod meruit quia meritum suum destruxit

Alia questio

Utrum suffragia prosunt existentibus in purgatorio
Arguitur quod non quia purgatorium est pars quedam
inferni sed in inferno nulla est redemptio Et in psalmo dicitur
in inferno autem quis confitebitur tibi Igitur existentibus
in purgatorio non prosunt suffragia // Secundo pena pur
gatorii est finita si igitur per suffragia aliquid de ea
minuitur tamen potest multiplicari quod tota tolletur et
sic peccata manerent totaliter impunita quod videtur
divine iustitie repugnare Tertio ad hoc in purgatorio
detinentur ibi purgati prius quam peccatum remanent
sed nihil potest purgari nisi ab circa ipsum fiat igitur
suffragia facta per vivos penam purgatorii non di
minuunt igitur etc. // Quarto si suffragia existentibus
in purgatorio valent ut maxime ista videntur valere

que sunt ad eorum impensa facta sed hec non semper va-
lent sed aliquis decedens disposuit tot suffragia pro
se fieri que si facta essent sufficerent ad totam penam
alleviandam posito ergo quod huiusmodi suffragia differantur
quousque ille penam evasit ista suffragia nichil
sibi proderunt / Non enim prosunt sibi antequam fiant postquam
quando autem sunt facta eis non indiget quia iam
penas evasit igitur verum quod suffragia existentibus in
purgatorio non prosunt // Quinto Augustinus dicit quod suffragia
ecclesie prosunt hiis qui in hac vita meruerunt ut
eis prodessent et per ea post hanc vitam relevantur
Signo fortem in purgatorio tunc vel secus in presenti
vita meruit relevari per suffragia vel non meruit
Si meruit tunc non relevabitur secundum Augustinum quantumcumque fiat
pro eo etc. // Quarto non est quod dicitur in libro ecclesiasticis
Augustini quod suffragia prosunt mediocriter bonis et me-
diocriter malis sed tales sunt qui in purgatorio detinentur
igitur etc. / Item Dyonisius in 7 c. de ecclesiastica hierarchia dicit
quod summus sacerdos orans pro mortuis pro illis orat qui
sancte vixerunt et tamen aliquas maculas contraxerunt ex in-
firmitate humana contractas / sed tales in purgatorio
detinentur igitur etc. // Ad questionem videtur doctoribus con-
corditer quod est vera dicit hec sanctus Thomas sic
pena purgatorii est in supplementum satisfactionis quam
tamen homo debitor fuit hic et quod non complevit
Et quia ut patet ex predictis et ex hiis que di. 120 dicta
sunt opus unius potest valere alteri ad satisfactionem
sive ille alter sit vivus sive mortuus Ideo non
est dubium quod suffragia per vivos facta prosunt existentibus
in purgatorio Idem dicit Bona ventura dicens
duo sunt que faciunt suffragia valere scilicet dignitas
et necessitas / sed dei iustitia considerat dignitatem
Digni enim sunt qui in caritate decesserunt ut ab
aliis ecclesie membris adiuventur maxime sic
ipsi hic alios iuverunt Misericordia vero dei con-
siderat necessitatem et hec quidem magis est in hiis qui sunt
in purgatorio quia graviter puniuntur et pessimae

non pnt q tm solue paciendo Ad primum respondet sanctus
thomas q auctoritas ista loquitur de inferno dampnatorum
in quo nulla est redempcio quantum ad illos qui sunt
pene simpliciter ad dicti // Ad secundum dicit q non est in
conueniens q multiplicatis suffragiis pena in pur
gatorio existencium per ea annichiletur et tota tollatur
Non tamen sequitur q pcta maneant impunita quia
pena vnius pro altero suscepta alteri computatur ymo
dicitur satisfecisse cum pro eo aliqui satisfaciunt sicut
si frater meus soluat pro me debitum ego absolu
tus sum et dicor satisfecisse sic eodem modo si aliud
vel aliquis homo satisfaciat pro eo qui est in purga
torio pro absoluto habebit eum deus omnibus eius satis
sumus // Dicis tamen q deus dimittit culpam mor
talem tunc etiam penam iuste commutat in correpti
penam temporalem et vult rigore iusticie illam compleri
et per solui hic aut in purgatorio aut hic et ibi si
ponatur ergo q ab ex negligencia compleat hic nec
plene soluat // Hic penam a diuina iusticia sibi
portam q ante moritur et sine mortali tunc
ex quo de rigore iusticie diuine tenetur tanta
penam solue frustra conicitur per eius dimissionem
aut diminucione Dicitur q licet deus velit tan
tam penam exigere pro illo pro de rigore iusticie
non tamen vult eam de rigore iusticie ab illo nisi q
vult illud exigere ab illo aut ab alio et nisi vel
in suo equivalenti in accepcione diuina et talia
equivalencia exhibentur per alios ut per viuos ut
cum offerunt sacrificium altaris pro mortuis dant
elemosinam aut pro ipsis orant aut affligunt
se pro eis per ieiunia aut alia similia etc
// Ad tercium dicitur q purgacio ac pro penas purga
torii non est aliud nisi expiacio reatus impedientis
a recepcione glorie Et quia per penam quam vnus
sustinet pro alio potest reatus alterius expiari ut
fuit dictum Ideo non est inconueniens si per vnius
satisfactionem alius purgetur // Ad quartum secundum
sanctum thomam q ipsa valicio qua quis mortuum vult

vult ex caritate ac ordinat et disponit suffragia pro se post
mortem sed in satisfactione pro suis peccatis et liberatione
sui celeriorem de penis purgatorii et in consecutionem
citiorem glorie. Illa inquam volitio ac ordinatio est
unum opus satisfactorium et ideo illius operis seu voli-
tionis bone et ordinationis statim consequitur fructum
et antequam ipsa suffragia de quibus disponit fiant.
Fructum vero ipsorum suffragiorum fiendorum non
consequitur nisi cum fiunt aut facta sunt. Et ideo
antequam fiant. Et si per culpam aut negligentiam aliorum
prius contingat istum a pena liberari purgatorii
per propriam satisfactionem quam suffragia pro eo fiant tunc
quantum ad hoc fraudabatur suffragiorum fructu quod
redundat in illos quorum culpa defraudatur. Nec
debet videri inconveniens quod aliquis per culpam alterius
defraudetur in temporalibus / pena autem purgatorii
temporalis est. Quo ad eternam vero retributionem nullus
defraudari potest nisi per propriam culpam // Ex dictis
potest patere quantum se onerant testamentarii qui ex
culpabili negligentia committunt animas morientium manere
per suffragiorum expeditionem que ipsi morientes de rebus
suis per se sed ordinaverunt. Et similiter clerici qui se ad
huiusmodi suffragia implenda obligant et tamen sine negligunt
aut nimium tardant. Ex dictis etiam patet quod suffragia
non prosunt pueris in limbo existentibus qui sine baptismo
decesserunt in solo originali nec eis sunt in sta-
tu gratie et talibus solis prosunt qui in caritate de-
cesserunt ut dicebatur. Augustinus dicitur in libro quod suffragia
non prosunt illis qui sine fide operante per dilectionem hinc
exierunt. Pueri autem non baptizati hoc modo ex-
ierunt. Iterum potest ex dictis inferri quod suffragia non
prosunt existentibus in celo quia ut dicit sanctus Thomas
suffragium de sui ratione importat quandam auxiliationem
et ista non competit ei qui defectum non patitur.
Nulli enim competit iuvari nisi in eo quod indigens
est. Cum autem sancti qui sunt in patria sint ab omni

indigentia i munes mebrati abundate domus dei ipsis non tamen meruit iuvari per suffragia Istud etiam patet per hoc quod habetur in textu ex verbis Augustini dicentis Communia est mortuis prime omne cum nos debemus orationibus commendari etc

Alia questio

Utrum solis illis tribus scilicet orationibus ecclesie sacrificio altaris et elemosinis anime defunctorum iuvantur Arguitur quod non quia ipse textus Omnes amant ieiunium ut habetur 1 c. q. 2 igitur non solum tribus predictis adiuvantur Item diversis missis est idem altaris sacrificium Si ergo sacrificium computatur inter suffragia et non missa videtur quod tunc valeat quecumque missa pro defuncto dicatur sive de beata virgine sive de spiritu sancto vel quecumque alia que videtur esse contra ordinationem que specialem missam pro defunctis instituit Item dicit in sermone de dormientibus dant cerum et oleum et quicquid pro defunctis offertur non solum oblatio sacrificii altaris sed etiam alie oblationes debent inter mortuorum suffragia computari In oppositum est quod habetur in textu ex verbis Augustini dicentis orationibus sancte ecclesie et sacrificio salutari et elemosinis que pro eorum spiritibus offeruntur non est dubium mortuos adiuvari ut cum eis misericordius agatur a domino quam eorum peccata meruerunt Videtur scilicet intentionis sancti Thome quod suffragia viventium prosunt mortuis duplici ratione ex eo quod defuncti uniuntur vivis in caritate 2o in quantum intentio viventium refertur in mortuos ita quod viventes faciunt aliqua opera bona cum intentione ut per ipsa iuvent mortuos primo ergo modo illa precipue nata sunt suffragari mortuis que maxime ad communionem caritatis pertinent Et 2o modo precipue nata sunt suffragari mortuis ea que maxime valent

ad ductionem intentionis in alterum sed ad caritatem aut | Eukaristia
principaliter pertinet sacramentum Eukaristie cum sit sacramentum
ecclesiastice unionis et connexionis illius in quo tota ecclesia unitur
et consolidatur scilicet Christi dei nostri Unde et ipsa
Eukaristia est quasi quedam caritatis origo et vinculum
Inter caritatis vero effectus precipuus est elemosinarum | Elemosina
opus Et ideo duo ex parte caritatis precipue mortuis
suffragantur scilicet sacrificium altaris et elemosine
Sed ex parte intentionis directe in mortuos precipue | Oratio
valet videtur oratio quia oratio secundum suam rationem non solum
dicit respectum ad orantem sicut ceteri sed ad illud
pro quo oratur et ideo ista tria ponuntur quasi precipua
mortuorum subsidia quamvis quecumque alia bona
que ex caritate fiunt pro defunctis eis valere creden-
da sunt // Ad primum ergo argumentum dicit sanctus thomas
quod licet ieiunium prodesse possit defunctis ratione caritatis | Ieiunia
et rationem intentionis in eos directe, sed tamen ieiunium
in se ratione non continet aliquid ad caritatem vel addi-
rectionem intentionis pertineat sed hec sunt ei quasi
extrinseca Et ideo Augustinus non ponit inter suffragia mor- | Ad 2m
tuorum sed tamen Gregorius ponit // Ad secundum dicit sanctus
tho. quod in officio misse non solum est sacrificium
sed etiam ibi sunt orationes Et ideo suffragium misse con-
tinet duo eorum que Augustinus hic enumerat scilicet orationem
et sacrificium Ex parte ergo sacrificii oblati missa
equaliter prodest defuncto de quocumque dicatur et hoc est
precipuum in missa scilicet ipsum sacrificium Sed ex parte ora-
tionum magis prodest illa missa in qua sunt orationes
ad hoc determinate // Sed tamen ille defectus recompensari
potest per maiorem devotionem vel eius qui missam
vel eius qui eam dici facit vel etiam per intercessionem | Ad 3m
sancti cuius suffragia in missa implorantur // Ad
3m dicit quod elemosina oblatio que datur eciam ad
cultum ecclesie vel in usum pauperum Sed dicat aliquis
contra contra predicta sacrificium altaris est sacramentum
ecclesie sed sacramenta ecclesie non proficiunt nisi in statu viatoris
ergo etc. Respondet bonaventura quod sacramentum altaris

aliter prodest vivis et aliter mortuis. Vivis enim prodest sub ratione sacri in spiritualis cibi. Mortuis autem prodest sub ratione sacrificii. Inquantum enim sacrum est cibat spiritualiter et dat anime gratiam. Inquantum est sacrificium deum placat et quia deus iratus est non affir-mare sed ponere in flammine sedes deum placando non sedat ipsius affectionem sed remitti facit pe-ne debitatem

Alia questio

De Cultu exequiarum

Utrum cultus exequiarum prosit defuncto. Arguitur quod sic quod dicit Augustinus primo libro de civitate dei: Antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt et exequie celebrate et sepulchra provisa ipsique cum viverent de sepeliendis vel transferendis suis corporibus filiis mandaverunt. Sed horum fuisset nisi sepultura et huiusmodi aliquid mortuis conferrent. Igitur huiusmodi in aliquo prosunt defunctis. Secundo nullus facit elemosinam circa aliquem nisi ei prosit at sed sepelire mortuos computatur inter elemosinarum opera. Unde Augustinus dicit in primo libro de civitate dei: Thobias sepeliendo mortuos deum promeruisse teste angelo commendatur. Ergo sepulture cultus valet pro mortuis. Tertio argumentum est dictum quod frustretur devotio fidelium. Sed aliqui ex devotione petunt in locis aliquibus religiosis sepeliri disponunt. Ergo sepulture cultus prodest defunctis. Quarto deus pronior est ad miserendum quam ad puniendum. Sed aliquibus nocet sepultura in locis sacris. Unde dicit Gregorius: Quos peccata gravia deprimunt ad maiorem damnationis cumulum potius quam ad salutem eorum corpora in ecclesiis ponuntur. Ergo multo amplius est dicendum quod sepultura cultus prosit bonis. In contrarium est quod dicit Augustinus: Quidquid cura pro mortuis agenda coram humano quidquid impenditur non est presidium salutis eterne sed humanitatis officium. Et Gregorius dicit in libro dialogorum: Curatio funeris condicio sepulture pompa exequiarum magis sunt vivorum solatia quam

subsidia mortuorum igitur etc. Secundo sciendum sciendum tertio.
Cum sepultura adinventa est propter vivos quidem ne eorum
oculi de turpitudine cadaverum offendantur et
ne corpora fetoribus inficiantur et hoc quantum
ad corpora. Sed spiritualiter prodest etiam vivis inquantum
per hoc astruitur resurrectionis fides. Sed mortuis
proficiunt ad hoc quod viventes inspiciunt sepulchra mortuorum
memoriam retinent defunctorum et pro defunctis orant
unde et monumenta a memoria nomen accipit
Dicitur enim monumentum quod monet mentem ut
dicit Augustinus in primo libro de civitate dei. Et in libro de cura
pro mortuis agenda / Paganorum tamen error fuit
quod ad hoc sepultura mortuo proficit ut anima eius quietem
accipiat. Non enim credebant prius animam quietem
posse accipere quam corpus sepulture daretur quod omnino
ridiculum et absurdum est. Videlicet etiam sepul
turam loco sacro mortuo prodest non quidem ex opere
operato sed magis ex opere operantis dum scilicet
vel ipse defunctus vel alius corpus eius tumulandum
in loco sacro dispensavit patrocinio alicuius sancti commendandum
committit. Tunc precibus pro hoc credentibus est adiuvari
et eorum precibus eorum qui eidem loco sacro deservi
unt qui pro apud se tumulatis frequentius et specialius
orant. Sed ista que ad ornatum sepulture adhibe
tur proficiunt quidem vivis inquantum sunt vivorum
solacia sed parum et defunctis prodesse non quidem ex opere
sed per accidens inquantum scilicet per huiusmodi homines moventur
ad compatiendum et per consequens ad orandum vel inquan
tum in sumptibus sepulture pauperes fructum
capiunt vel etiam decorantur. Hec enim sepe
iijo sepultura inter ceteras elemosinas computatur. De hoc
loquitur Augustinus et allegat magnum in libro dicens
Si aliquid prodesset impio preciosa sepultura
suppleri ex opere operato tunc pio obesset vilis
et nulla sepultura exequias in conspectu hominum
purpurato illi diviti exhibuit turba famulorum
sed multo clariores in conspectu domini ulcerato illi

Monumentum dicitur

illi pauperi ministerium exhibuit chorus angelorum
qui non eum extulerunt in marmoreum tumulum
sed in Abrahe gremium. Et sic cura mortuos sepe-
liendi et sepulchra construendi que hic in sepul-
turis sanctis inter opera bona deputata sunt non
solum in corporibus patriarcharum et aliorum
sanctorum sed etiam in ipsius christi corpore qui ista
fecerunt laudati sunt. Complent hic homines erga
suos officia postremi muneris et sui humani leni-
menta moeroris. Verum ista que adiuvant spiritus de-
functorum sunt oblationes orationes elemosinarum
largitiones. Ad primum dicit sanctus Tho. quod ideo patres
de suis corporibus tumulandis mandaverunt ut
ostenderent corpora mortuorum ad dei providentiam
pertinere non quod corporibus mortuis aliquis
remansit sensus sed propter fidem resurrectionis astruendam ut patet per
Aug. in libro primo de civitate dei. Unde etiam non
licuerunt in terra promissionis sepeliri ubi credebat
Christum nasciturum et moriturum et resurrecturum
cuius resurrectio causa est nostre resurrectionis. Ad secundum
dicit quod quia caro est pars nature humane naturaliter
homo ad carnem suam afficitur secundum illud ephe-
sios v. Nemo unquam carnem suam odio habuit. Unde
secundum istum naturalem affectum est homini
quedam sollicitudo quid etiam post mortem de eius
corpore sit futurum dolentque si aliquid in-
dignum evenire suo corpori presentirent. Et
ideo illi qui hominem diligunt conformantur
circa eius carnem curam humanitatis impendunt.
Hoc enim dicit Aug. i. de ci. dei. Si paterna vestis
aut anulus aut si quid huiusmodi tanto carius est
posteris quanto erga parentes maior affectus
nullo modo ipsa corpora spernenda sunt que
utique multo familiarius atque coniunctius quam quelibet
indumenta gestamus. Unde circa istum
affectum ei satisfacit sepeliens eius corpus
pie in hoc satisfacere non per elemosinam ei fructum

dant // Ad tercium dic q fidelium deuocio ut Aug dt
inde curā p mortuis agenda fuit corp in sanctis locis
ponendo sepulturam non frustratur quia defunc
tum suo suffragio sanctorum committit ut dictum
est prius Ad quartum dicit q sepulturā in loco
sancto non nocz impio defuncto nisi qntum illam
sepulturam sibi indignā ppt humanā gloriā
procurauit etc

Alia questio

Utrum suffragia q fiunt pro uno defuncto ma
gis psunt eidem quā alijs in purga
torio existentibus Argui q non q lumen spūale
est magis communicabile q lumen corporale s lu
men corp̄le puta candele omnibus accendentur pro
tm equaliter omnibus pdest qui simul commorentur
cum candela non sit p eis accensa Cum ergo
suffra fiunt quedam maxima lumia q̄ris p uno spe
cialiter fiant non tm magis valent ei q alijs
in purgatorio existentibus // Oppo hic ex verbis
Augni dicitur q ex hoc suffragia mortuis valent
q cum viuet ut sibi postea possent pdesse me
ruerunt s aliqui magis meruerunt ut suffra
eis pdessent q illi p quibus fiunt ergo eis magis
psunt alias eorum meritum frustrentur etc // Item
pauperibus non fiunt tot suffragia quot diuiti
bus Si ergo suffragia facta p aliquibus eis solis
vel magis eis q alijs valerent pauperes essent
deterioris condicionis q est contra sentenciam dni luce
vi Beati pauperes quia vestrum est regnum celorum
Preterea arguitur iusticia humana exemplatur a di
uina s in humana iusticia si aliquis debitum
p aliquo soluit cui soluitur alij soluit igitur cum
ille qui suffra facit quodammodo soluat debitum
eius p quo facit ei soli pdicit etc Item si est
in vita ista aliquis diues daret elemosinam ea
magis sibi pdesset q alij ut si ad eius imposicionem
et ordinacionem detur post eius mortem sibi in suffra

magis sibi prodesse quam alteri. Respondet sanctus *Thomas*
quod de hoc fuerunt due opiniones. Una prepositivi
qui dixit quod suffragia pro aliquo uno facta non magis
prosunt eidem pro quo fiunt sed magis prosunt illis
qui sunt magis digni. Et inducebat exemplum de
candela que accenditur pro aliquo divite que non mi-
nus aliis prodest qui cum eo sunt quam prosunt ipsi
diviti, fortassis magis si habent oculos clariores.
Et eciam de lectione non magis prodest ei pro quo specialiter
legitur quam aliis qui simul cum eo audiunt sed
forte aliis qui sunt provectiores. Et per
hoc opinantibus obiciebatur quod secundum hoc ecclesie
ordinacio esset vicina que specialiter pro aliquibus ora-
ciones instituit. Dicebant quod tamen hoc fuit ad ex-
citandas devociones fidelium qui sunt promptio-
res ad faciendum specialia suffragia quam generalia et
ferventius pro suis propinquis orant quam pro extraneis.
Alii autem econtrario dixerunt quod specialia suffragia magis
valent ei pro quo fiunt. Et dicit *sanctus Tho(mas)* quod utra-
que illarum opinionum habet secundum aliquid veritatem.
Nam ut prius dictum fuit, valor suffragiorum
pensari potest ex duobus. Valent enim uno modo
ex virtute caritatis que facit omnia bona communia.
Et secundum hoc verum est quod magis valent ei qui magis
est caritate plenus quamvis non fiant pro eo. Et sic
valor suffragiorum attenditur secundum intencionem
consolacionis secundum quod unus in caritate existens de bonis
alterius gaudet et delectatur. Post mortem enim
non est locus acquirendi graciam vel augmentandi
ex bonis propriis vel alienis, sed quod tamen in vita va-
lent nobis opera aliorum ex virtute caritatis. Et
dicit *Petrus de Tarantasio* quod suffragia unicuique
illo primo non prosunt defunctis quasi pro modo
congratulacionis in quantum defuncti in purga-
torio existentes gaudent de bonis que pro vivos
fiunt et gaudent de utilitate eorum in purgatorio
existencium pro quibus suffragia specialiter fiunt. Et ut dicit

utilitas ista dividitur secundum virtutem caritatis / Unde ma
ior in habentibus maiorem caritatem / Unde ex dispositione
divine iusticie est quod suffragia pro quocumque in purgatorio
specialiter facta omnibus ceteris aliis innotescunt et tanto se
ex caritate diligant nec sibi invideant de allevia
cione pene aut totali liberacione illius pro quo specialiter
facta sunt omnes gaudent Et quia gaudium aliquo
modo alleviat eciam pro tunc tormentum pene illo modo
plus valet suffragium isti qui habet maiorem carita
tem et equaliter isti qui habet equalem caritatem
ceteris paribus Alio modo suffragia valent ex hoc
quod per intercessionem alicui applicantur ut cum faciens
ipse suffragium intendit ut illi prosit in satisfactionem
et liberacionem a penis purgatorii et talis satisfac
tio facta pro uno computatur alteri pro quo fit Et isto
modo non est dubium quod magis valet ei pro quo fit
et inquantum faciens est Satisfactio enim proprie ad
dimissionem pene proprie valet suffragium ei pro quo
fit Et ita ista secunda opinio plus habet devocioni quam
prima ita dicit sanctus Tho. Bonaventura istum
secundum modum subdividit quod vel suffragia fiunt in
genere ut scilicet pro omnibus fidelibus defunctis generali
ter pro sunt omnibus in purgatorio existentibus
sed non equaliter / ymmo magis prosunt illi qui magis
meruit ut sibi prodessent Meruit quidem / quia
in maiori caritate decessit / vel quia multa opera misericordie
hic fecit / et alias indigentes et in purgatorio ex
istentes liberari fecit / vel fiunt in speciali pro aliquo
vel pro aliquibus in quem vel in quos flectitur in
tencio facientis / tunc prosunt illis aut illi pro quo
vel pro quibus fiunt in speciali Ad primum dicit sanctus
thomas quod suffragia prosunt per modum luminis in
quantum animabus acceptantur et in ceteris complacent et
ex hoc quandam consolacionem accipiunt et tan
to maiorem quanto maiori caritate fuerint prediti Hoc
tamen eciam gaudent de vivorum suffragiis in quantum
noscunt quod ipsa suffragia prosunt tam vivis quam
mortuis / ceteris scilicet vel eciam existentibus in purgatorio

Bonaventura

sariis / Ad quartum vero suffragia sunt quedam satisf-
actio translata in alterum penitentie satisfacien-
tibus non solum similia non sunt similia tamen sunt
magis solutioni alicuius debiti / Illo autem est ratione
quod si debitum proprio solvitur quod ex hac aliorum
debitum solvatur / Ad quintum dicitur sicut ex prius
dictum fuit / quod illud medium est conditionale quo
sibi meruit ut prodessent sibi / Hac enim modo
meruerunt sed pro eis fiunt quod nihil aliud fuit
quam fieri sunt habiles de recipiendis / unde patet quod
non amicti meruerunt illud iuvamen suffragiorum
sed per mediam prudentiam se habilitaverunt ut formam
suffragiorum reciperent Et ideo non sequitur quod meri-
tum eorum frustretur / Ad 6m dicitur quod nihil pro-
hibet divites quantum ad aliquid esse melioris condicio-
nis quam pauperes sicut quantum ad expiationem pene / sed
hec quasi nihil est comparatum possessioni regni
celorum in quo pauperes melioris esse condicionis
ostenduntur per auctoritatem inductam

Alia questio

Utrum suffragium factum pro multis simul tantum va-
leat cuilibet eorum sicut si fuisset pro eo pro-
prio factum / Respondet sanctus Thomas quod si valor suffragii
consideratur secundum quod valet ex virtute caritatis
unientis membra ecclesie tunc suffragia pro multis
facta tantum valent cuilibet illorum ac si pro quo so-
lo facta fuissent quia caritas non minuitur si
effectus eius distribuitur in multos ymmo magis
augetur Et pluribus gaudium quo pluribus est commune fit
maius ut dicit Augustinus 8 confessionum Et sic de uno bo-
no facto non minus letantur multi in purgatorio
quam unus Si autem consideratur valor suffragiorum
inquantum sunt quedam satisfactiones pro viventibus satis-
facientes translate in mortuos tunc magis valet
suffragium alicui quod pro singulariter fit quam quod fit
pro eo et multis aliis communiter Sic enim effectus et
valor suffragiorum dividitur ex divina iustitia inter eos pro
quibus suffragia fiunt Et propter hoc institutum est ut

ut in certa suffragia specialia fiunt. Si enim suffra-
gium pro multis sicut valet cuilibet eorum quantum valeret
pro quo solo fieret, ymmo certe nequaquam instituisset ut pro
aliquo singulariter missa aut oratio fieret. Sed quod semper dica-
tur pro omnibus fidelibus defunctis. Similiter est enim mul-
tos commemorare aut unum solum aut paucos. Item omne
suffragium habet solum finitam efficaciam igitur dis-
tributum in multos minus prodest singulis quam prodesset
si fieret pro uno tantum cui totus valor et efficacia cederet.
Et hinc videtur sequi quod si esset vera oppinio aliquorum
qui supponunt recitata est scilicet quod suffragia certe prosint
dampnatis adhuc certe non deberent fieri quia suf-
fragia restringere nisi statum dampnatorum quia si prodessent
eisdem et in eos extenderentur tunc tanto minus valerent
existentibus in purgatorio quanto valor plus distenderetur
in dampnatos. Et propterea certe aliqua utilitatem suf-
fragiorum veniarum amicis et caritate plurimi amicis quibus ob-
ligatur tolleret ab eis et daret inimicis et panem
filiorum daret canibus ymmo blasphemis et dei in-
imicis etc.

Alia questio

Utrum suffragia ex communia tantum valeant illis
pro quibus specialia non fiunt quantum valent aliis
specialia et quia que pro eis fiunt. Huius dubii solu-
cio dependet ex solucione quorundam. Nam si enim
suffragia per se pro uno facta indirecte aliis valent
tunc omnia suffragia fiunt communia et ideo tantum valet
cuilibet ille pro quo fiunt specialia quantum illi pro quo
fiunt si sit equaliter dignus. Si autem suffragia pro
aliquo facta non indirecte omnibus prosunt sed eis maxi-
me pro quibus fiunt tunc non est dubium quod quia et
specialiter suffragia fiunt plus valent aliorum quam
quia. Et ideo notandum quod magister duas oppiniones in littera
tangit. Unam tamen dicit quod equaliter prosunt divitibus quia
et specialia et communia quia tantum quantum eis divitibus
ex pluribus invenitur quod pauperibus non tamen plus quam
tum. Aliam tangit tamen dicit quod ille pro quo fiunt

specialia suffragia consequitur velociorem ab solucionem
sed non pleniorem quia utrobique finaliter a tanta pena
liberabitur. Preterea contra maius autem suffragium precipuum
est eucharistie sacramentum sed eucharistia cum contineat
totum Christum qui pro eis offertur habet quodammodo
efficaciam infinitam ergo una oblatio eucharistie que
fit communiter pro omnibus valet ad plenam liberacionem eorum qui
sunt in purgatorio et ita tamen communicant communia suffra
gia specialia quantum iuvant quantum et specialia simul. Item
oblacio Christi in cruce pro omnibus equaliter satisfecit
et totaliter ac si pro quolibet tantum sit oblata esset. Sed
tamen sit idem quod offertur in sacramento altaris ergo
in hoc oblacio sacrificii altaris pro omnibus in purga
torio totaliter satisfaciunt. Sequitur ad primum dicit
sanctus thomas quod quamvis virtus Christi que continetur in
sacramento altaris sit infinita tamen determinatus est effectus
ad quem illud sacramentum ordinatur unde non oportet
quod per unum altaris sacrificium tota pena eorum qui
sunt in purgatorio expietur sicut nec per unum sa
crificium quod homo aliquis offert liberatur nec a
tota satisfactione debita pro peccatis. Unde et quandoque plures
misse in satisfactionem unius peccati iniunguntur. Cre
dibile tamen est quod per divinam misericordiam si aliquid
de specialibus suffragiis superest hiis pro quibus fiunt
ut scilicet eis non indigeant aliis dispensentur pro
quibus non fiunt si eis indigeant ut videtur
innuere dictum in sermone de dormientibus. Ad
secundum dicit bonaventura quod quamvis in utroque sit idem
sacrificium seu precium quod offertur non tamen in utroque uni
formiter operatur. Nam in cruce effusum est precium
in omnimoda plenitudine sed in altari habet de se
determinatum cum cottidie offeratur. Et ideo prima
oblacio non iteratur sed secunda iteratur. Et iterum
illa in cruce pro omnibus est oblata hec autem pro aliquibus
offertur. Addit bonaventura quod dicto non obstat
illud Ieronimi de consecratione di. v. Cum pro cunctis defunctis

nalibus pro vel missa dicitur in genere quod si pro uno dicitur
accipitur. Sicut enim patet ex ad mentem sicut communiter loquitur
quantum ad meritum facientis et non quantum ad utili-
tatem eius pro quo fit. Qui enim in caritate est et
facit aliquod suffragium pro aliquo ipse tamen consequitur
ex hoc fructum meriti vite eterne quantum consequitur
si illud suffragium pro uno solo faciat non autem et
tanta utilitas cuilibet istorum centum quanta esset
unius pro quo solo fieret.

Alia questio

Utrum obligatus ad faciendum suffragium ali-
cui pro uno sit liberatus faciendo illud pro illo et
pluribus aliis simul. Conceditur quod intelligenda dicuntur
de istis suffragiis ecclesie que fiunt in persona ecclesie et
habent vigorem ex caritate ecclesie, quod si sic facit pro
pluribus et tamen principaliter facit pro illo cui debet et
ei specialiter applicat. Ista enim sic fit in ecclesia quo admis-
sus secundum in canone de quorumcunque celebretur missa
sic fit memoria vivorum et mortuorum secundum usum mis-
sis esset, tunc deberet missam alicui vivo vel de-
functo unquam se liberaret dicendo missam. Aut mor-
caritate dicitur non faciendo memoriam omnium statuum
ordinatorum ecclesie. Et sic videtur esse et de aliis
suffragiis ecclesie communibus ut vigiliis mortuorum
et vesperis mortuorum sive alia sint horis annotata
sive commissa ab eis tamen pro eis fiant pro illo cui
ille obligatus est et secundario pro omnibus fidelibus defunctis.
Sed pono quod sacerdos vel aliquod collegium aut conventus
promittat duabus personis singulariter unam missam, que-
ritur an tunc liberetur et satisfaciat legendo
ambobus unam solam missam. Conceditur secundum aliquos
quod non liberatur simpliciter a toto licet a tanto. Et
econtrario non satisfecit nec liberatur simpliciter.
Omnia patet esse quod aliquis liberetur pro una, et hoc
propter consuetudinem ecclesie vel alicuius ut dicam
postea. Et aut aliquis non satisfaciat patet quia solvit

minus quam debet. Sicut promittens sorti florenum et plu
res florenos non liberatur a promisso nec satisfa
cit ambobus dando cuilibet unum florenum tantum. Qualiter
si ex proposito non solvit ambobus dicendo unam missam
pro eis cum plus cuilibet promisit unam, secundum petens
missam dici pro sua unde intendit propriam missam
pro se et promittens tenetur sibi ad hoc. Sicut esset
si ille diceret habeatis memoriam patris mei in missa
vestra etc. Sunt tamen casus aliqui in quibus ut quidam
dicunt sacerdos aut collegium vel conventus sine
etiam alia excusatur etiam dum non legit tot per
quot totaliter solvit sed una pro omnibus vel aliquas pro
pluribus. Primus casus si collegium aut etiam eorum
salva officio vel quod est ministrorum non potest solvere nisi
forte duas vel tres missas tunc sufficit eas pro
omnibus facere. Supponitur enim quod petens petat
et velit secundum potestatem suam posse eorum vel si re
ligiosos postquam promisit missas imponatur a su
periore suo alie misse legende quia difficul
tas facti rationis et si non liberat tamen excusat. Secundus
cum bona non sufficiunt ad solvendum integre
omnibus creditoribus solvitur omnibus simul de hiis
bonis cuilibet secundum partem proportionatam sibi in
proposito. Tertio excusatur propter consuetudinem maxime
apud eum qui scit consuetudinem vel scire tenetur
quia scienti dolus non infertur. Sicut parrochiani qui
petunt missas aut curatos suis et canonici vel quos
tos anniversarium canonici secundum ecclesie sue vel qui
unde in quacumque ecclesia parrochiali cathedrali vel reli
giosa aut seculari habens sciens consuetudinem
ecclesie et modum procedendi et talia peragendi petit
missam aut anniversarium etc. ecclesia liberatur et
satisfacit faciendo pro illo sicut pro aliis facere con
suevit quia iste ex quo scivit consuetudinem ecclesie
et nichil aliud expressit videtur secundum modum
ecclesie intellexisse et singularem nullam petivisse
et ideo non tenentur ecclesia pro eo facere nisi sicut pro aliis

Et hec dico si petat persona speciali modo pro qua celebrans
persone collegiate vel religiose vel conuencio consimilia
sunt Dixi etiam notanter si persona petens nichil spe
cialiter exprimet Si enim specialiter aliter exprimeret et
isti se ad hec obligarent tenentur aliud facere
et non facientes peccarent defraudando istum non tene
tes sibi promissum sicut si forte dicat Ego peto ut
pro me et anima A legatis unam missam et aliud pro
anima B. pro legent unam missam Si utrumque con
cedunt non satisfaciunt per unam missam solam si unde
pro celebrare missam pro A anima est ut dicit holkot
lectio quod celebrans intendit quod sua missa valeat
multis ita etiam quod satisfacio sit pro multis et simul
intendat quod plus valeat anime A quam alicui alteri
de aliis animabus Alicui quod applicet missam sit quod
intendat quod cedat anime A in satisfactionem et quod nulli
alteri cedat in satisfactionem licet velit quod prosit aliis per
modum orationis Et ille modo celebrare pro anima A pro
est celebrare missam ad satisfaciendum pro anima A quia
missa satisfacere potest Et tunc constat quod nullo modo
satisfaciunt promisso suo sed in parem modum si legit
tum unam missam Est enim in perplexionis ut ut
patet advertenti Dicitur ponatur quod celebrans intendat
eum celebrare pro utraque anima Tunc videtur quod satis
faciat utrique obligationi Dico quod si ita primum inten
dat pro utraque celebrare precedentia celebrantur pro
per satis ex expositione terminorum pro celebrare et sic non
satisfaciunt Tertius casus neque excusatur est quere
ro ut si promittendo sibi dicit hoc expresse quod
contrarium accipiunt legitime expositione et sufficit
etiam hoc dicere executori quod cum commisit testator dispo
sitionem parem illi etiam commisit ordinem denique premia
di suffragia Quarto excusatur ut videtur per
compensationem quia non refert quod equivalenti
bus fiat sicut aliis missis aut aliis suffragiis
recompensetur sicut si legit pro multis una et cetero hec causa

recompensabitur residuum per alias missas vel per alia suffra
gia forte excusantur a peccato etc.

Alia questio

Utrum sancti in patria orent pro nobis Arguitur
quod non quia dicit Augustinus 1 li. de trinitate quod beatus
habet quidquid vult pro nullo orat aut petit In oppositum
arguitur sicut Beatam virginem assumptam orat pro nobis Secundo sancti
sunt eius imitatores Sed ipse orat pro nobis
etc. maior patet quia ad hebre. xi. dicitur de Christo semper vivens
ad interpellandum pro nobis Et Jo. 1 li. ipse dicit Et ego
rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis Item Ecclesia
communiter orat Sancta maria ora pro nobis etc. igitur Item si sancti
non orarent pro nobis tunc circa se stulte rogaret Item sancti
diligunt nos ex caritate igitur optant et desiderant
salutem nostram Et constat quod sciunt illam non posse
esse nisi a deo igitur optant illam a deo nobis dari Et
Et tunc desiderium vehemens aliquid rei obtinende
a deo est oratio patet oppositum etc. Respondetur secundum doc
tores quod sicut dicit magister iiii libro et probant contra
in oppositum quamvis forte sancti existentes in patria o
rent pro nobis existentibus in via Et secundum Bonaven
turam huius est duplex ratio una quia vident nostram
necessitatem qua nos indigemus ab eis releuari
Alia ratio propter dei voluntatem quia vult ut unum
membrum aliud releuet et quod permittit sollici
ta sint membra ut tunc ipsi sint liberali dent
aliquam alias ad iuuare Ad argumentum in oppositum dicit
Bonaventura quod beatus aliqua vult sibi aliqua vult
alijs Et est quod de perfectione beatitudinis ut habeat omne quod
vult sibi ipso sed non est de perfectione beatitudinis ut habeat ac
illud quod vult alijs de consummatione beatitudinis et
bene esse etc. non erit donec omnes electi sint glo
rificati Tunc enim quilibet habebit quod vult sibi
et quod vult cuilibet alteri Et tunc plena erit beatitudo
Unde beati tantum orant pro alijs vel aut miseri
cordiam et pro nobis et pro alijs Secundo consummato numero electorum

non amplius rogabunt sancti quod se nec eciam pallijs //
Dicendum quod qua xpus secundum humanitatem assumptam i
tradit pro nobis qualiter non dicimus xpe ora pro nobis
sicut dicimus sancta maria ora pro nobis Dicit bona
ventura quod propter errorem arrij vitandum ne vide
atur credere xpum solam creaturam et ne videamur
eius potestatem minuere qua omnia que petimus eius
misericordiam non eius oracionem Et sanctus tho in 3 di 13
dicit quod xpus in quantum homo orat pro nobis Sed tamen
non dicimus xpe ora pro nobis quia xpus supponit
pro supposito diuino cui non conuenit orare sed adiu
uare Et ideo dicimus xpe adiuua nos xpe ex
audi nos miserere nobis Et in hoc euitamus Ar
rij et nestorij errores

Alia questio

Utrum sancti oraciones nostras cognoscant Ar
guitur quod non quia ysay. 63. dicitur pater tu es
et abraham nesciuit nos et ysrael ignorauit nos
vbi glo. augustinus dicit quod mortui eciam sancti nes
ciunt quid agunt viui eciam eorum filij et sumitur
ab augustino de cura pro mortuis agenda ubi in
troducit hanc auctoritatem // Sed contra solus deus
est inspector cordium sed oracio principaliter in corde con
sistit igitur solius dei est oraciones cognoscere ergo sancti
oraciones nostras non cognoscunt In oppositum arguitur
quia super illud Job. 14. siue nobiles fuerint filij eius
siue ignobiles non intelliget dicit gregorius 12. moralium
de hoc animabus sanctis sentiendum non est quia que intus
omnipotentis dei claritatem vident ut nullo modo creden
dum est quod sit foris aliquid quod ignorent Sed contra
in 3a dyalogorum dicit Animo videnti creatorem angusta
est omnis creatura quia licet .i. de luce creatoris aspexerit
breue sit ei omne quod creatum est sed hoc maxime
impedire videtur quod a ecclesiasticis oraciones et talia
que circa nos aguntur cognoscant quia a nobis
distant Cum ergo illa distancia non impedit ut
ex predicta auctoritate patet videtur quod a sanctorum cognoscant

oraciones meas. Item si ea que circa nos aguntur non cognoscunt
nec probabiliter conveniunt eo quod defectus meos ignorarent
Sed ille est error Vigilancii ut Ieronimus dicit in epistola
quod cum in sancti ea que circa nos sunt cognoscunt
Videtur secundum sanctum Thomam quod divina essencia est
sufficientissimum medium omnia cognoscendi Sed
ex hoc patet quia deus videndo suam essenciam omnia
intuetur Non autem oportet quod propter hoc quicumque essenciam
dei videt omnia cognoscat sed solus ille qui divinam
essenciam comprehendit Cum ergo anime sanctorum divi-
nam essenciam non comprehendant non cognoscunt
omnia que per divinam essenciam cognosci possunt Cum
unusquisque beatus tantum de aliis rebus videt in essencia
divina quantum perfeccio sue beatitudinis requirit Sed per-
feccio beatitudinis sue requirit ut beatus habeat quidquid velit
et quod nichil inordinate velit Recta autem voluntate
quilibet vult ut ea que ad ipsum pertinent cognos-
cat Quoniam cum nulla rectitudo sanctis desit ipsi cer-
habebunt istam scilicet quod volunt cognoscere que ad ipsos
pertinent Sed ad eos et eorum beatitudinem pertinet
ut indigentibus prebeant auxilium ad salutem Sic
enim dei cooperatores efficiuntur quo nichil divinius
est ut dicit Dyonisius libro 3o celestis ierarchie Igitur habent
cognicionem eorum que ad hoc requiruntur ut prebeant
auxilium indigentibus Talem autem cognicionem non
possunt habere a sua naturali cognicione intuitiva eo quod ab ea
impediuntur per immediatam distanciam Igitur
manifestum est quod ea cognoscunt in divina essen-
cia scilicet vota mea oraciones et devociones hominum qui
ad eorum auxilium confugiunt Idem vult Scotus
Dicit enim quod congruum est beatis esse adiutores
dei ministrando salutem electi commodo quo potest
hoc sibi competere Et ad hoc requiritur sibi revelari
oraciones meas speciales que sibi offeruntur quod ille specialiter
in istum modum eius tamquam mediatoris perducatur
ad salutem que petitur Ideo probabile est et con-
gruum videtur quod deus revelet beatis devocionibus sibi

vel eorum deo

Sed etiam deo in nomine eius ablatis. Ad primum cum oppo-
nitur quod verbum Augustini intelligitur de cognitione
naturali circa separatarum. Et quicquid cognitio in
statu viae non est obtenebrata sicut est in peccatori-
bus. Non autem loquitur de cognitione in verbo quod
constat Abraham eo tempore quo hec dicta sunt per
Ysayam non habuisse. Tamen ante Christi passionem multi
ad visionem dei pervenerit. Ad secundum dicitur quod cogi-
tationes cordium solus deus per se ipsum novit sed
tamen alii cognoscere possunt inquantum eis revelatur vel
per visionem verbi vel quocumque alio modo etc.

Alia questio :—

Utrum expediat nobis sanctos interpellare ut
orent pro nobis. Arguitur quod non quia nullus
amicus interpellat ad preces amicum nisi qui credit
se apud eos facilius gratiam obtinere. Sed deus est
in infinitum magis amicus quolibet sancto et per con-
sequens voluntas facilius inclinatur ad exaudiendum nos quam
voluntas cuiuscumque sancti. Igitur videtur superfluum
sanctos constituere mediatores inter nos et deum
ut ipsi pro nobis intercedant. Secundo sic eos interpel-
lare debemus ad orandum pro nobis hoc non consi-
quia scimus orationem eorum deo acceptam. Sed quanto inter
beatos aliquis est sanctior tanto eius oratio magis
est accepta. Igitur parum debemus superiores sanctos
pro nobis intercessores constituere ad deum et inquantum
amoris. Tertio quicumque rogatur ab aliquo ut interce-
dat pro eo ille prius eius curat ei apud quem interce-
dat. Sed superfluum est aliquid curare deo cui omnia
sunt presentia igitur superfluum est rogare sanctos
ut pro nobis intercedant ad deum. Quarto illud
est superfluum per quod sit ipso aliquid quod sine eo equa-
liter fieret. Sed sive sancti orarent pro nobis vel non
orarent sive nos oremus quia sumus digni etiam
si peccamus adhuc ipsi pro nobis non orant. Igitur
interpellare sanctos ut omnino pro nobis videtur omnino superfluum
In oppositum est quod dicitur Job v Voca ergo si est qui respondeat

et ad aliquem sanctorum canendo vocare aut nascendo ut gre
gorius ibidem dicit est humili prece deum deposcere
Igitur cum valemus deum orare debemus ad sanctos
conuerti ut pro nobis orent Secundo sancti qui sunt in
patria magis sunt accepti deo quam in statu vie sed sanctos
qui sunt in via constitutos debemus in appellatores
pro nobis ad deum exemplo apostoli qui ad Ro. 15. dice
bat Obsecro vos fratres per dominum nostrum ihesum christum et
per caritatem spiritus sancti ut adiuuetis me in oracioni
bus pro me ad dominum igitur et nos multo fortius
debemus petere a sanctis qui sunt in patria ut nos
iuuent oracionibus ad deum Et ad hoc est eciam con
suetudo ecclesie que in letaniis petit aures sanctorum
ut ca- dicit sanctus tho. quod ille ordo est diuinitus
institutus in rebus scilicet dignissimum ut ultima in
deum reducantur per media Unde cum sancti qui
sunt in patria sint deo propinquissimi hoc diuine
legis ordo requirit ut nos qui permanentes in
corpore peregrinamur a domino reducamur in eum
per sanctos medios Et quando contingit dum per eos diui
na bonitas in nos suum effectum diffundit Sed
Ergo est quod eos interpellans pro nobis constituimus ad
deum et quasi mediatores dum ab eis petimus quod
pro nobis orent Et dicit bonauentura quod deus
decreuit et voluit ut sanctos rogaremus Et hoc
triplici ex causa scilicet propter nostram inopiam propter ce
storum gloriam et propter dei reuerenciam propter no
stram inopiam in merendo ut ubi nostra non sufficiunt
merita patrocinentur aliena propter inopiam in con
templando ut qui non possumus summa lucem
aspicere nisi aspiciamus in sanctis propter inopiam in
amando quia miser homo plus magis sentit affe
ctum aliquem sanctorum quam erga deum Ideo tam
passus deus ut in opere voluit nos rogare
sanctos Secunda causa est sanctorum gloria quia deus vult
sanctos suos glorificare per eos miracula incomparabilia
et salutem in anabus mo faciendo ut ipsi sanctos

laudeamus et hac tamen non per superiores sanctos sed etiam
per infimos. Unde sicut aliquis honoratur corporaliter in
vocando lumen et non invocando petrum et alius eius
ita et spiritualiter. Tercia causa est dei reuerentia ut
peccator qui deum offendit quasi non audeat deum
in propria persona adire sed amicorum consilium implo
rare. Ad primum autem oppositum dicit sanctus thomas quod sicut
non est propter defectum potentie quod per medias causas
deus operatur sed est ad complementum ordinis uniuer
si et ut eius bonitas multipliciter diffundatur
in res dum res alie non solum suscipiant proprias bo
nitates sed et insuper quod in aliis causa bonitatis existant
Ita etiam non est propter defectum misericordie ipsius quod oportet
eius clementiam per orationes sanctorum pulsare sed est ad hoc
ut ordo predictus conseruetur in rebus et propter alias cau
sas. Ad secundum dicitur quod quamuis superiores sancti sint
magis deo accepti quam inferiores utile tamen est etiam
minores sanctos interdum orare et hoc propter quinque causas
Primo ex hoc quod aliquis quandoque habet maiorem deuoti
onem ad sanctum minorem quam ad maiorem / ex deuo
tione autem maxime dependet orationis effectus et effi
cit. Secundo propter fastidium tollendum quia assiduitas u
nius rei fastidium parit per hoc autem quod diuersos sanctos
oramus quasi in singulis nouus feruor deuotionis
excitatur. Tertio quia quibusdam sanctis datum est in
aliquibus specialibus causis praecipue patrocinari ut
beato Anthonio ad ignem infernalem. Quarto ut
honor debitus exhibeatur a nobis. Quinto quia orationibus
plurium quandoque impetratur quod unius oratione non impet
ratur // Ad tertium dicendum quod sicut in glossa dicitur non dicun
tur sancti preces nostras deo representare quasi ei incognitas
nota manifestent sed quia eas exaudiri a deo pe
tunt vel de eis diuinam consulant voluntatem
quid scilicet secundum eius prudentiam fieri debeat // Ad
quartum quod ex hoc ipso aliquis efficitur dignus
ut sanctus aliquis pro eo oret quod ad ipsum cum pura
deuotione in sua necessitate recurrit et ita non est

superfluum quod sanctos oramus etc.

Alia questio

Utrum orationes sanctorum pro nobis fuse semper exaudiantur
Arguitur quod non quia si semper exaudirentur maxime
exaudirentur sed de hijs que ad eos pertinent sed
de hijs non exaudiuntur. Unde dicitur Apocalipsis 6o
quod martiribus petentibus vindictam de hijs qui
sunt in terra dictum est quod requiescerent adhuc ad
tempus modicum donec impleretur numerus fratrum suorum
ergo multo minus exaudiuntur de hijs que ad alios
pertinent // Secundo Jeremie 15. dicit Si steterint moyses
et samuel coram me non est anima mea ad populum istum
ideo sancti non semper exaudiuntur cum pro nobis orant
ad deum Tercio quamvis oratio impetret ad quedam
movetur sicut ... sed sancti qui sunt in patria non sunt in
statu merendi Igitur non possunt suis orationibus
aliquid nobis impetrare apud deum Quarto sancti
per omnia conformant voluntatem suam voluntati
divine Igitur non volunt nisi quod sciunt deum
velle sed hoc quod deus vult fiet etiam eis non
orantibus igitur eorum orationes non sunt efficaces
ad aliquid impetrandum In oppositum est quod habetur
Machabeorum ultimo Hic est qui multum orat
pro populo et pro universa sancta civitate dei Jeremi-
as propheta Et quod eius oratio sit exaudita patet per
hoc quod sequitur quod extendit Jeremias dexteram
et dedit gladium Jude dicens Accipe gladium sanctum
munus a deo etc. // Ad hoc etiam est consuetudo
ecclesie que frequenter petit ut sanctorum orationibus adiuvemur
Respondetur secundum doctores quod sancti dupliciter consueve-
runt orare pro nobis ut dicit magister in libro s.
affectu et merito Affectu quidem et oratione expressa
Actuali dum votis suis et pijs desiderijs au-
res divine clementie pro nobis pulsant Merito
vero et oratione quasi interpretativa sive habituali orant
pro nobis dum eorum merita magna dei gratia solum eis

tedunt ad gloriam quia ipsi sunt nobis suffragia et gratiosi
oratores quedam merita cum precedentibus quibus deo hic
fidelissime servierunt et quibus tamen locum sunt
in celis adepti non solum beatitudinem et gloriam
sibi meruerunt sed etiam dictorum modorum oraci-
ones sanctorum sunt quantum est in ipsis effi-
caces ad impetrandum quod petunt. Sed ex parte nostra
potest esse defectus quia non consequimur fructum
orationum ipsorum sanctorum quia orationes pro nobis dicuntur ex
hoc quod merita eorum non proficiunt. Sed sancti quia
orant pro nobis votis suis et desideriis aliquid
nobis postulando semper exaudiuntur quia non volunt
quod nisi quod deus vult nec petunt nisi quod volunt
fieri et ipsi ita non petunt nisi quod vult. Quod autem
deus simpliciter vult fieri ex voluntate divini benepla-
citi hoc semper fit // Ad primum articulum dicit sanctus Thomas quod
illa oratio martyrum non est aliud quam eorum desideri-
um de obtinenda stola corporis et societate sanctorum
qui ad huc salvandi sunt et consensus quo
consentiunt divine iustitie puniendi malos. Unde
Apocalypsis 6° super 1° versu dicit ibi dicit glossa: desiderant
maius gaudium et consortium sanctorum et iustitie
dei consentiunt. Ad secundum dicit quod dominus ibi loquitur
de moyse et samuele secundum statum quo fuerunt
in hac vita ipsi enim leguntur pro populo oratis
ire dei restitisse ut glossa interlinearis dicit. Et tamen
si fuissent pro illo tempore non potuissent ora-
tionibus deum placare ad populum et hoc propter populi
maliciam et hoc est illius littere intellectus // Ad 3m
dicunt quod licet sancti non sunt in statu merendi si-
bi postquam sunt in patria sunt tamen in statu meren-
di aliis vel pocius ex merito precedenti aliis merendi
hoc enim apud deum viventes meruerunt ut
eorum orationes exaudirentur post mortem. Vel
dicendum quod oratio ex alio meretur et ex alio impe-
trat / sicut superius dictum sunt multum orationis intrinsece

iusticie sed impetratio eius committitur liberalitati eius qui
rogatur. Unde cum aliquis impetrat aliquid ex li-
beralitate illius qui rogatur quod ipse non meruit. Et ita
quamvis sancti non sint in statu merendi sunt tamen
in statu impetrandi aliis. Ad tertium dicit sanctus Tho.
quod sancti non volunt vel angeli nisi quod divine
voluntati conspiciunt. Et ita tamen nichil aliud petunt
nec tamen oratio eorum est infructuosa quia sicut dicit
Aug. in libro de predestinatione sanctorum orationes sanctorum predesti-
natis prosunt quia forte preordinatum est ut inter-
cessionibus orantium salventur. Et ita etiam deus
vult ut orationibus sanctorum impleatur illud quod
sancti vident eum velle. Ad quintum similiter videtur
tamen Bonaventura. Nam tamen allegat Aug. in de predesti-
natione sanctorum dicentem quod orare debemus pro predes-
tinatis quia fortassis predestinati sunt ut nostris ora-
tionibus salutem consequantur. Subdit et superhor-
tatum valde constrict scilicet quod essent sancti salvari
ad nostras preces deberemus utique ex omnibus rogare ut
fructuose rogaremus quod ad preces nostras salvantur.
Et idem dicendum est in sanctis qui vident quod deus decrevit
nos salvare ad eorum preces. Igitur instantissime
rogant et tamen impetrant. Ista ergo secundum illos doctores
semper impetrant quod petunt quia non petunt nisi
quod sciunt deum velle. Gratius tamen dicit quod sancti
stantes in patria orantes non vident deum velle
nec videre deum nolle exaudire ipsos pro salute
orantis. Esto tamen quod deus revelet sibi istum exau-
diendum esse vel revelet sibi istum non esse
exaudiendum. Adhuc non sequitur quod sanctus frustra
orat ex quo scit quod deus vult. Si enim revelat
sibi istum exaudiendum esse in sua petitione
tunc sanctus orat et non frustra quia sicut deus
vult istum exaudire et salvare sic vult eum
illud consequi per determinata media ut per tales
sancti orationes. Si autem revelat sibi deus de illo
quod vult istum exaudire tunc sanctus non orat nec esset

ibi mediator in oriundo et sic licet non frustratur. Si
autem deus non revelat sibi quod velit exaudire
tunc sanctus orat comparatus ad orationem suam sequi-
tur determinata revelatio exauditionis vel saltem
determinatus effectus exauditionis quantum ad ipsum
petentem

Sequuntur Notabilia

Circa textum mediocriter malis suffragantur
etc. Ista verba ad mentem doctoris magistri exponi
Illi enim qui dicunt suffragia etc. prodesse quibus-
dam in inferno dicunt alios esse mediocriter malos et
alios mediocriter bonos. Dicunt enim valde ma-
los esse eos qui sine fide et sacramentis ecclesie decesse-
runt et dicunt hiis non prodesse suffragia. Sed
mediocriter malos esse eos qui cum fide et sacra-
mentis ecclesie in peccato mortali decesserunt quibus
secundum illos valent suffragia ad pene mitigationem
non autem ad plenam absolutionem. Sed valde bonos
dicunt esse illos qui sine venialibus decedentes sta-
tim evolant qui suffragiis non indigent. Medi-
ocriter vero bonos qui venialia secum fuerunt
et in purgatorio detinentur et dicunt hiis prodesse
suffragia ad plenam absolutionem. Qui vero dicunt suf-
fragia non prodesse hiis qui in inferno dicunt eosdem
esse bonos mediocriter et mediocriter malos. Quos
enim in inferno valde malos dicunt. Qui vero in patria
valde bonos. Eos vero qui sunt in purgatorio
mediocriter bonos in quantum deficiunt a summe
bonitate. Sed et mediocriter malos in quantum de-
ficiunt a summa malicia que est peccatum mortale
hiis autem suffragia prosunt quoque ad mitigationem pene
quoque ad plenam absolutionem secundum differentiam
quantitatis venialium et suffragiorum. Et hec sententia
expressior est quam incertior

Alia Notabilia

Iniuria est primo in ecclesia orare. Hoc videtur
esse contra illud quod supradictum est quod orantes

pervalde bonis sunt cruciatus acriores Aug. 2 quod superior
auctoritas loquitur quod medicum est nobis et quod sunt valde
boni sicut enim qui pro eis orat quodammodo totus dige
stus audit Et sic eis iniuriam facit Existimo
enim quasi per ignem transeuntem etc. Hic pandit
auxilium quod unum iuvabit illos qui in fine mundi
invenientur quia magis satisfacient scilicet ignis quo fa
cies mundi purgabitur Poterit enim esse ut intensio
pene suppleat quod quidem deest ad temporis brevitatem et per
consequens sic probabile quod pauca venialia sunt ha
bituri ut possunt purgari per terrorem futuri iudicii et
signis precedentibus etc. Aliud autem est ex unione cari
tatis scilicet merita et intercessiones sanctorum quo eis unite
caritate suffragabuntur Circa hoc ut habebat tante
perfectionis merita que hiis suffragiis non indige
rent Notat bona ventura Quod sunt tria genera homi
num habentium caritatem in hac vita Quidam enim habent
caritatem perfectam et absolutionem ab omni culpa et
pena et tales plus sufficiunt quam huiusmodi passius sunt
melius quod meritis talium enim ungeriis e medio Qui
dam habent perfectum amorem tamen propter mala opera pre
cedentia sunt obligati ad penam et tales indigent
suffragiis non ad salutem obtinendam sed accelerandam
Tertii vero sunt qui habent caritatem imperfectam ita quod
proni sunt ad casum et obligati sunt multis
peccatis prorsus et tales vivunt in hoc periculo licet
non animo tamen fuerunt de seculo et indigent suffra
giis ut in caritate maneant et ut exitus de terrene
tormenta eos non detineat Circa hoc quodammodo
offerant eos deo etc. Querit bona ventura per que
magis angeli afferunt deo petitiones nostras Respondet
quod sicut videmus in curiis terrenis quod qui nescit loqui
coram principe quaerit advocatum qui loquitur
et qui allegat pro ipso Sic impossibilibus intendo quod tu
nos nec per nos orare immo nec balbutire coram
domino deo quod angelus tamquam advocatus et alle
gator magnus in superna curia Assunt enim et omnem
nostram comparant Sic autem quo hoc fiet Respondet
bona ventura quod loqui nostrum et oratio nostra est desiderium

Altiorum rei vel petitio formata scilicet desiderium et
quia desiderium nostrum est modicum et raro et ardenti dilectione
est tunc fortis clamans in auribus dei et tunc exaudit
tunc petentes Et quia affectiones nostre sunt tepide
et affectiones angelorum ferventissime et magis
elevate ad ipsum desideranda pro nobis quod nos desideramus
tunc accedunt ad eum tamquam familiares et
proximi deo plus offerre et quia deus videt nos
primo petere et approbare per omnes nostros hoc sed magis
approbat per desiderium angelorum Et quia illud dicitur
nostrum quod approbat hinc est quod petitiones nostre dicuntur
apud deum innotescere non solum per nos verum etiam
per angelos Angeli enim dicuntur loqui per affectiones
sue voluntatis Sunc consulendo quid faciant
illud consilium nichil aliud est quam conversio eorum
ad deum ut ab eo illuminationem accipiat de agendis
ut ipsi ab eo addiscunt etc Contra gregorius dicit Quid
est quod non videt qui videntem omnia videt Responsio
dicit bonaventura quod multa discunt angeli sive
per ipsum verbum et per alios angelos sive per experien
tiam / Verbum autem gregorii intelligitur non quod
omnia videant illud unum quod est melius videre
quam omnia alia Unde sicut iste qui habet deum
sic dicitur omnia habere non quia omnium possessor sed
quia habet illud unum cui non possunt equiparari
omnia Quia deo per equivalentiam vel supervalentia
dicitur habere omnia Sic etiam qui novit deum
dicitur omnia nosse Et sic est finis huius dis/
tinctionis etc scriptus in Basilea in concilio Basiliensi

/1 e 3 3

Castitas liberat hominem a delectationibus venereis per quas
anima precipue carni subditur adeo ut in actu carnali
scilicet coitu nec spiritus prophetie corda prophetarum tan
gat Et dicit Origenes Qui furatur intellectum etc ipsius
sapientis

Verum ad eustochium Audenter loquar cum omnia possit deus
suscitare virginem non potest post ruinam

Incipit tractatus venerabilis magistri H. de Hassia contra quendam heremitam de ultimis temporibus vaticinantem

Quomodo qui presunt debent se habere circa mala que hor-ta provenerunt :

Venerabili patri ac domino Gregorio sancte Salz-burgensis ecclesie preposito virtutum fulgoribus preclaro quidam minimus sacre theologie vacuus professor attendere a falsis prophetis. Quia dies mali sunt finem seculorum minantes. Olim veteres in populo unius dei cultores cum cultore statu erudi-tionis aut gubernationis sublimati ut prophete sacer-dotes et principes quosque circa mala que premunt sub-ditos tollere. Et bona que abierunt reducere quamvis in hac re omni studio facta diligentia viderint se amplius iam non proficere suis viribus et inge-niis sed malis pectora super tristere. Causa pacis dei tam diuturne amiranti ipsum tandem diversis clamoribus continuis ustorum motibus educti invocare ceperunt dicentibus quibusdam Exurge quare obdormis domine quare faciem tuam avertis et oblivisceris tribulationis nostre. Et iterum aliis cla-mantibus Ubi sunt misericordie tue antique domine. Ubi est in eternum servabo illi misericordiam meam. Et rursus Nunquid obliviscetur misereri deus aut continebit in ira mi-sericordias suas. Nunc autem qui veteribus successe-runt sacerdotes episcopi et principes quid agunt in tollendis malis plurimis et scandalis continuis quibus hodie populus christianus gravius laborat sicut nec et ipsi usque adhuc diligentiam quod ut veteres amirati de causa pacis dei. Iam prout decet Exur-ge quare obdormis etc. Et utinam sic. Nam indubie exaudirentur clamantes ad dominum ut predecessores ipsorum. Sed quid mirum si morbus tam augmen-ta proficit quod diu causa eius manet — quia posita ponitur effectus et remota removetur. Si ergo precedentem divisionis scismatis quod hodie est causa sunt adhuc hic clerici et layci proficient ronabi-lem dubitationis eius causam invenimus videamus

An adhuc regnet symonia insaniet avaricia truncat
superbia fervet voluntas consumat omnia vanitas
Que vicia si forte remota sunt et scisma adhuc
duret mirari possumus si fateri debemus sit sic
aliqua occulta non minus iusto dum persequi indi-
cio rei

Secundus ex parte dei quibus quoque mala diu dissimulat

Si autem diligenciam qua sicut oportuit maiores
nostri non fecerunt pro tollendo illo effectu quod
iudicio exaudiet deus eos quorum culpa iuste meren-
tur ut non exaudiantur ipsi nec alii pro illo
impetrando beneficia qui ipsis studiose laborare pro
curare minime debebat quidquid causae sit non ex-
urgit utique deus ut exaudiat nos exurgit ut
populus suus a tanto malo liberetur sed permittit et
permisit malum illud iam in longum perdurare
et ex mora longitudinis annorum radicari Quid
putatis an forte ut consumentur malicia aliquorum
qui abire parato sunt divine misericordie perhibent fi-
delibus largiter aperiri vel propter aliquod aliud bonum
quod tandem ex hoc malo deus cogitavit eliceri Certum
sit quod etsi peccata nostra clamant dicunt contra hoc
non erit in cunctis Sed tu dive pietatis dignatio
compassionis exercitantis superiorum ad eos sufficit et ultra
meruit peccata dissimulavit eius misericordia fidelibus suis
non finaliter deerit sed habundanter tempore diffi-
nito ad salutem concurret electis licet modo igno-
remus quid deus particulariter pretendit quorsum
vel finaliter tendat quod ipse tempore huius magne con-
fusionis et scismatis divisionis ecclesie sue per-
tracavit et adhuc tacet quod nichil apparet post
tantum huius mali durationis tractatum ad
solacium turbatorum valde fidelium suorum manifesta-
vit, aut ymaginacionibus peccatorum aut ex-
hibicionibus miraculorum Malorum tamen consola-
tum olim minoribus malis pro eo expressa exhibere

consueuit. Quid ergo dicemus nisi quod dominus duplicari
rone tacere solet seu quiescere permittens servos suos
agere quecumque valunt. Hoc enim quasi facit quando
omnia ad beneplacitum eius perficiunt conditione vel
terreri vel admonitione non indigentes. Quandoque autem
dominus servis suis postquam de omnibus conditis et sepius
super agendis admonitis tacet in ira sua permittens
eos omnia agere pro libito suo. Quid potius tibi
videtur quam hanc in maximo deus iam tacet et
quiescit ita quod nec malos tribulationibus compescit,
tat nec bonos a malo liberat. Sed illos sinit ubique
perpetrari et illos vero undique ad instar genti et tur
bari etc.

Exprimit unam divine taciturnitatis causam .3. c.

Vereor ego vereor valde ne taceat in ira sua
ymo audacter hoc dixerim / quod in omnibus sic
eruditi et tacens admoniti relinquerunt mandata
sua quod eos amplius admoneri divina iusticia prohi
bet. Sicut dicitur a quibusdam aliis offensis scriptum
est. Vidit dominus et ad iracundiam concitatus est quia
provocaverunt eum filii sui / et ait abscondam
faciem meam ab eis et considerabo novissima
eorum. Et profecto iuste irascitur deus et in ira
suspendit minas suas quia sufficit quod ymo habun
danter locutus est hominibus et post eruditione
et admonitione mirabilia operatus. Quid nolumus
adhuc. Nonne terra iam plena est sanctorum exemplis
et omnium scripturarum documentis. Quid est ergo quod illi
qui ut scandalum confusionis ecclesie dei tollatur
summo studio vigilare deberent sic dormitant / quare
illi quibus in hac re pastoralis loqui incumbit
sic tacent / verumtamen que sit huius culpe unde dor
mitacionis causa, que sit reprobande taciturnitatis
huius racio etc.

De causis variis quibus multi sub disturbiis prelati
tacent et quasi dormiendo dissimulant .4. c.

Ego non puto tantum esse unam dormiendi et tacendi

omnibus in hac materia Estimo namque quod quidam
taceant quia quod loquantur non habent ut simpli
ces aliqui excusabiles Alij vero tacent quasi ad ipsos
negotium non pertineat qui nam excusantur Nam
scire veritatem tanti status ad ipsos spectat licet
secundum maius et minus et aliter ad unum quam ad aliud
Ideo vereor ne plures tales iuxta qualitatem
sui status et diuturnitatem dissimulacionis que
tandem pro consensu habetur mortali culpe scilicet
taceant Alij vero minime excusantur Sed mortali
culpe rei efficiuntur omnes qui tacent eo quod videtur
sathanam et universos demones permissum eos
parum posse malignari. Videtur quod hac racione
fiat primo ad magnificacionem victorie Christi contra
luciferum et totam potestatem inferni quia non est
magne glorie vincere inimicum ligatum. Sed
gloriosum est vincere ipsos cum desligatum cum
aggravacione omnis potestatis sue. Secundo ut appareat
quod non solum sine dei speciali adiutorio vincere
potuerunt demones ligatos. Sed eciam cum potestati
sue dimissos superare potuit et confundere. Tercio
occurrit quare deus finaliter omnes malos ad
unum caput hominem pessimum congregari voluit
vel permisit. Videtur quod ideo fiat ut illo capite

Quare solvit deus Sathanam tempore Antichristi

malefeste tractam omnibus a xpo discerpto omnes prima ducti
ad ipsum convertentur similiter cum esset in fidelibus conversio
sio ad ecclesiam voluntas si omnes vni capiti vel legis
latori sicut erronee abiciunt quod modo tot conventibus
sectis et sectarum principibus
Extollit diuinam munificentiam ex operibus ultimis ꝛc a. t.
Ecce hic grande diuine bonitatis iudicium ecce
diuine sapientie mirabile secretum quo dyabolus
ita illusum est ut illud quod efficere intendebat per
antixpm in contrarium versum est quia diabolus ob
xpm adeo ardenter studuit xpus vero dispensauit
quod occasione ipsius contrarium eveniret videlicet quod omnes
ad eum convertentur vel saltem sufficiens conuer
sionis occasio omnibus daretur vere mundi ad dominum
ubi apparet inefficabilis dilectio dei ad hominem
quem mortem pati permittit pro quo ut salvetur
tot mirabilia fecit cui tot occasiones salutis
dedit directe et indirecte et finaliter occasionem
conversionis omnium dabit primissimam quam dicendo osten
det deus quod sua inattingibili sapientia nouit conuertere
tota malicia demonum et hominum quantum potuerunt
sine permissione optime uti finaliter ad salu
tem multorum in gloriam sue maiestatis Tunc
vero omnes qui antixpo adheserunt post eius mor
tem successiue se ad xpm convertent non tamen conclu
dere possit sufficienter Hec ergo cum aliis que
huiusdem in superioribus tactis secundum conscientiam
dubio dimittendam quod aliquid in hiis sit tenendum
asserendum ꝛc
Quo fine erit ignoro sit finalis huius
Clemens urbanus quo sex nunc sunt
Tempus quo cepit hinc dant prima versus
Quo pit addendo contra sine sex minus uno
Explicit tractatus venerabilis viri magistri h de hassia
tractus quondam heremita de ultimis temporibus vaticin
nium ꝛc 1427 vii augusti sit per me ꝛc

An omnes Conventur Ad Cristum post Morte Antichristi

Innocentio

Collatio facta coram domino Apostolico pro parte domini
Karoli Electi in Regem Romanorum

Iuxta oculi respiciunt terminos ipsius ut iudicetis eis quis sedere
debeat in solio. Verba sunt Bersabee ad Regem david
postulantis regnum filio suo Salomoni et habentur
3 Regum 1 c. Singulariusquidem verbis altissimi adiuncta
summo certo beneficio domino considero Supprimis apostolice sedis
super universa singularem eminentiam Ordo cuius
sancte sedis in proficiendis Ordinibus diligentiam et
sollicitudinem exactissima forma tangitur cum premit-
titur Iuxta oculi respiciunt terminos ipsius Ordinem tunc
additur ut indicetis eis quis sedere debeat in solio
De primo quante eminentie prerogative efficacie
et reverentie hec sancta sedes sit et quantus respectus
per universas ad eam haberi habeat declarare demon-
strare sufficit Romana superatis laborant incendiis
qui saluti sanctius erat adiuvare ut dicit Canon vi
q. i. Si omnia Cum hec ecclesia signatum sit ut per
in typo arche Noe hanc sanctam sedem figurantis.
Ds vi c. et transsumptive in Canone xxiiii q.
i. Una est columba et perfecta mea ix c. et transsump-
tive in canone ix q. iii Aliorum in fine de qua
sancta sede per archam federis representata prophete
idem dicitur Ut hec humiliatur ad eam fugientis
auxilium et relinquentis [illegible] contrarium et decretum sit
nona q. iii cuncta per mundum et c. per principale
postremo etiam ore ipsius domini confirmatum
est xvi c. ubi dicitur Tu es petrus et super hanc
petram edificabo ecclesiam meam etc. Et transsu-
mitur in Canone xxiiii q. i loquitur dominus et
xxi di. in nona Ut hec ea tamen notissima non
admittam hec est illa sedes que dicitur edificata
supra firmam petram que unica columba appel-
latur que sponsa pulchra sine ruga et macu-
la et ortus conclusus Et puteus aque vive et
paradisus cum fructu pomorum que claves recipit
etc. Et pulchre prosequitur Canon xxiiii q. i omnibus

consideratis Hec est illa sedes magna sola incorrupta
patrum seruatur auctoritas Hec magna sal orbis
iustitie Hec lux mundi / Sal terre vasa aurea
et argentea extra quam testa vasa uinga scilicet
et lignea operantur incendium ut abrupta sulcis scismatice
talabunt que ueracis degenerant hec sedes ut habetur
xxiiij q i Quoniam vetus ariens usque ad plura sorde
tollis. Et ymmo hic pater sanctissime qui hunc sancte
sedi presides David .i. manu fortis dicimini et
hac ex parte et magnificentia Gloria ut scribitur paralippomenon
paralippomenon xxix c. Tua enim est magnificentia
domine et potestas et gloria atque victoria et tibi laus
Et iij Regum quarto c et transsumptiue viij q i
uerum / vniuersa terra desiderat vultum salomonis
ut audiant sapientiam eius Merito quoque concilia tua
ipsi respiciunt et respicere debent ad sanitatem vnitatis
eciam humiliter abducendo et sanitatis eiusdem
et salutaria monita presse et libere suscipiendo
ut dicitur in Canone xix di. In memoriam beati
petri Unio est pater sanctissime quod nunc emanatibus
s. v. litteris principibus electoribus tocius ymperii
et aliis fidei christiane in quibus processus per dominos
meos renouabantur et doctissime pro sanitatem
vnitatem aggrauabantur contra Bauarum dictum et
suos scismaticum et hereticum et fautores suos
ex quibus clades imminebat / quod summe placet sancti
tati vestre quod principes ad quos de iure et anti
qua et approbata consuetudine spectat potestas eligen
di Romanorum Regem in Imperatorem promouendum
ad clamorem eius qui ydoneus catholicus et
ecclesie dei deuotus sit processerunt Quibus litteris
tunc Romanis qua domini recepti facta est
leticia magna in populo ut habetur j Machabeorum
iiij c Gloria quasi noua lux visa est oriri
honor gaudium et tripudium Hester viij c Ex dosi
dicta magna Imperatoris catholici qui ecclesie sancte
communicationem promotionem et concordiam habet

dauid man(u) fortis

q de tali concordia gaudet altissimus et gloriatur in me
bris suis gaudia gaudet altissimus ut dicit Canon
xx. q. iij. Archiepus Ex absencia cum Imperatoris catho
lici quanta pericula multa dampna rerum et alia q
plurima comoda abnormat et abuenerunt hac
efficax magistra rerum experiencia docet q et ipsi prin
cipes indirecto suo s. v. directo notificant hiis
igitur consideratis diligenter ijdem principes et ve
nerabiles patres et dni Baldwinus Treuerensis Ger
lacus maguntinensis et walrammus Coloniensis Archiepi
Ac Illustres et magnifici principes dns Johannes
Rex Bohemie quondam dive memorie Ac dns
Rudolffus dux Saxonie principes quos plenitudo
datum est potestas eligendi Romanorum Regem in Imperato
rem promovendum pro illa vice integraliter respiciebat
certum locum scilicet Renis situm super alueo alueo
Reni ubi antiquitus consueverunt principes
Electores ad tractandum de electione Regis in
Imperatorem promovendi convenire et tempus
vacationis xi dierum mensis Julii proximo preteriti con
super electionis tractatum qua super ipsa electione ce
lebranda prefixerunt vocatis etiam omnibus quorum
interest et interesse poterit qui de iure vel con
suetudine ad electionem eandem evocari debebant
Tandem principibus eisdem prefatis loco et tempore
super electionalibus negociis prenominati conveni
entibus considerantibus et congnoscentibus eis ut
in decreto eorum plenius continetur plurimum
tempus Romanum Imperium vacare et vacasse pre
missis diligenter tractatibus diversis adhibitis propter ad
hoc ceremoniis et solempnitatibus debitis conpe
tentibus et opportunis Ad electionem Regis Romanorum Rite
et recte processerunt deique nomine invocato
in personam Serenissimi principis et dni dni
mei Karoli Marchionis Moravie tunc ex alta
regali et Imperiali prosapia legittime geniti
Zelatoris fidei catholice fervantissimi ecclesie sancte

doctissimi virtutibus et moribus ornatissimi in
rebus bellicis ac milicia strenuissimi claruerunt
Ecclesieque dei pro factum clero et populo urbis publice
fuit mors est palamque publicarunt Ex
aut ex alta prosapia urbis dominus Karolus electus
in Regem ortus sit imprimis libet transtuli
lineam paternam Cum ut namque v. 6. dominus Johannes
dive memorie Regem bohemie illustrem habuit
Avum vero recolende memorie dominum Henricum
Romanorum Imperatorem victoriosissimum qui ex do
mo clarissimorum Comitum lucemburgensium et ducum
Brabancie lymburgie comitum flandrie ha
nonye Gelrie et ex pluribus aliis clarissimis generacio-
nibus processit per lineam vero maternam excellen-
tissima Regina Bohemie Elyzabeth honestissima
dicta genitrix est que prem excellentissimum
principem dominum wenczeslaum Regem huius Bo
hemie Cuius pater aut ottakarus potentissimusque
Bohemorum Rex qui et dux Austrie Stirie Carin-
thie Carniole et multarum terrarum princeps
et dux cui unique progenitores ex medio et stirpe
Beatissimi wenczeslai martiris Bohemorum
quamque ducis et patroni descenderunt Et pre
cius generacionem admirans tam latam et sublimem genus
seculi tam altam primo et beatam ut super ipsum
et possumus dicere illud quod habetur ysaye liij c. Ge
neracionem eius quis enarrabit Quantus vero
xpiane fidei fuit zelator iste gloriosus electus
veritatem dicendo experiencia docuit et in fide
catholica est firmissimus contra hereticos scisma
ticos et superstitiosos quoscumque persecutissimus ...
nibus omnibus ... et clarum largia
ambo ac sacratissimi domini temporis ...
... illius xpianissimi Euangelii sum
mi Regis fidei ut moderno tempore amica sectator et
imitator que summe commendat Canon xxxiii q. 1.

c. ultimo ymo liber federis id est textus sacre scripture
ad instar illius sancti Thimothei de quo habetur
actuum viij c. secundum quorumque vovit defert
Attendens illud preceptum deutr. xvij c. ubi i
ter cetera Regi precipitur quod cum sederit in solio regni
in sui describat sibi deuteronomium legis accipiens
exemplar a sacerdotibus levitice tribus legetque
illud omnibus diebus vite sue ut discat timere
dominum deum suum. Et huic alludit scriptura in
principio ubi dicitur Imperatoriam maiestatem
non solum armis decoratam sed et legibus o
portet esse armatam ut utrumque tempus pacis et
bellorum recte valeat gubernare. Quanto vero de
honoribus ad ecclesiam sanctam et eius ministros sit te
stibus non indiget. Cum in civitate vestra quamplura
sunt Pragensi opera eius piissima de eo hec
manifeste clamitent personent et indicent
quia ecclesiarum desolatarum et monasteriorum
collapsorum restaurator et reformator exstitit
eius est ymmo de novo dotator et fundator
Nam novissime honorabile collegium Canonicorum
et clericorum secularium in honore omnium sanctorum
in castro Pragensi construxit cui copiosissime
in possessionibus liberis tam mobilibus quam immobi
libus providit. In ecclesia vero vestra Pragensi mi
nistros quosdam qui mansionarii sancte Marie
dicuntur tam in numero personarum quam facultati
bus rerum magnifice augmentavit et de novo
dotavit. Et nuper coronam Regalem auream
mira gemmarum varietate circumdatam capiti sancti
sui Wenczeslai in eius imponendam valoris
plurium florenorum milium Sancto B. v. ecclesie pri
bus donavit et alia quamplurima preciosa
opera ibidem et alibi operavit et fecit. Ex
ert in quo hec completur quod in canone scribitur

lxxxvi. di. Nam principis ubi dicitur Nam princi-
pis ac religiosi est ecclesias collapsas atque con-
cissas restaurare novasque edificare et dei sacer-
dotes honorare atque tueri. De Condicione autem
civibus et moribus nam iuste Cum b. v. cumatum
isto puero collegio ipsum in minoribus constitutum
sufficienter agnovit. Ecclesia vero ut supra dicta
strenuissimus est. Nam eo adhuc iuniori eta-
te constituto bello apud sanctum foliacum in lom-
bardia personaliter interfuit pugna et militatus
est et gloriose triumphavit precedente vero tem-
porum ab hostibus fortissime protexit contra pro-
vincias in propria pugnas strenuissimas et
notabiles quas plurimas exivit ecclesias oppressas
viriliter de faucibus hostium sepissime eripuit ut
in etatem manifestum est. Cum ecclesia Aquilegensis
graviter opprimebatur a comitibus Goricie et
quibusdam aliis molestatoribus et oppressoribus
civitatum vestris per dominus patriarcha Aquilegensis
qui nunc est invocavit Auxilii brachium istius
gloriosi electi qui statim relictis omnibus personaliter
venit hostes fugavit et ecclesie tribulacioni suc-
currit ad instar fortis preliatoris qui in non
castra timeri voluit sed clarius campum quesi-
vit de quo in canone lxiii q. i. ubi Adrianus Et
vere in eo hiis omnibus diligenter consideratis sic
epyloga implentur illa que scribuntur primo
Reg. xvi c. ubi dicitur Ecce vidi David Be-
thleemitum filium ysai scientem psallere et for-
tissimum robore et virum bellicosum et pruden-
tem in verbis et pulcherrimum viris et dominus est
cum eo Et pro concludam de primo scilicet de sin-
gulari eminencia ecclesie prodis super omnes quia
principes electores ad exhortacionem ecclesiarum et
informacionem singulorum oculos suos in v. c. de
singulis ad electionem dapma super prout vos omnibus

et maris est professerunt
Credo tangebatur cum solum sancte sedis nostre sin-
dis studiis diligencia et sollicitudo exactissima
Cum dicatur ut Judices eis quis sede debeat
in solio. Quamvis enim cura universi populi xpiani
commissa adeo sit beato petro apostolo et in eius per-
sona successoribus suis Romanis pontificibus Joh.
xxi c. ubi dicitur Si diligis me pasce oves
meas Tamen singularius et specialius nunc est
huius sancte sedis diligenter intueri qui in ipso
grege sibi commisso Reges in solio Regali sedeant
quo populos dei regant cum ipsis regibus et duci-
bus ipsi populi subditi et subiecti sunt ut habetur
i petri ii c. Quanta fortius hec sancta sedes
attendat personam eius qui ad regendum et gu-
bernandum Romanum Imperium preficitur et qui
super omnes Reges est viii q. i in apibus / et tu
defensor et advocatus ecclesie et esse debet et
alicubi ungatur consecretur et coronetur
ut habetur extra de electione venerabilem premissa
igitur tamquam devotissimus sancte matris ecclesie filius
inclitus princeps dominus meus dux karolus E-
lectus in Romanorum Regem predictus sollicitetur ad
votivas electionis de se celebrate videmus electi-
oni per eum legittime et debito adhibito con-
sensu duos istos et me suos nuncios speciales
ac certas litteras ad B v presentes et Imperii
negociis specialiter destinavit petens reverenter
quod et nos sua et principaliter nomine reveren-
ter petimus quatenus devotionem suam et filialem
reverenciam quam erga vos et sacrosanctam Romanam
ecclesiam matrem suam sinceris affectibus gerit
dignemini suscipere benivolencia vestra et favore
impertiri eidemque munus sacre unccionis
consecracionis et dyadema seu coronam Im-
perii per sanctissimas manus vestras loco debito et

tercia die

cta die assignatis favorabiliter et dulciter conferre
et impendere dignemini. Et non sine causa dico Celeri-
ter. Cum namque novit vestra sanctitas, quod adversarius huius sancte
sedis et tocius christianitatis ille fraudis conmenta / petrus scan-
dali Bavarus hereticus non dormit ymmo quasi leo
rugiens circuit querens quem devoret .j. petri v. c.
Et transsumptive in Cano. iii. q. i. nulli dubium est
Quod iste scismaticus etiam certum in eo est demum consi-
dat quod in consuetudinem tenorem dampnum studeat quomodo alios
sua lepra et perfidia inficiat et involvat. Et gauderet
aliqua morula aliqua lenitas et quod absit aliquid in-
ordinatum intervallum aut impedimentum seu obsta-
culum in hoc sancto negocio intervenirent. Exurgat
igitur vestra veneranda sanctitas et hiis tam morbosis
quam et periculosis occurrat viam quam precludat quia ubi
magis maius periculum ibi procul dubio cancius est
agendum huiusmodi. Commissum electi sui negocium cum
modum et honorem vestre curie ac tocius christianitatis
lutanter concernens promocionibus consiliis et auxiliis
graciis et favoribus vigilanter et viriliter dirigat et
consignatum eique et nobis in sua pro sancta dicentes quod
dixit dominus de David i. q. vii. Si quis autem nunc
in hominem scilicet cor meum Et quod scribitur primo Reg.
xvi. c. Sed david in conspectu meo invenit enim
graciam in oculis meis. Quam graciam sibi inveniemus
concedat dominus in conspectu ecclesie militantis tamen
in conspectu triumphantis. Cum omnibus nobis quique
benedictus in secula seculorum Amen

Collacio Innocencii quam fecit in approbacione
Karoli iiii Regem Romanorum electi pontificatus
sui Anno Quinto

Salomon sedebit super solium meum et ipse
regnabit pro me illique precipiam ut sit dux
super israel .3. Reg primo. Sicut audivistis super
per archiepiscopum pragensem proponendo negocium clarissimi
karissimi filii nostri Karoli iiii Regem Romanorum electi
valens nobis porrecta quedam supplicacio facta una cum tractatu

sub hijs verbis Ante oculi respiciunt tacius istos ut indicas
eis quis sedere debeat in solio Et quia interrogatio non
est digna responsione Nam est digna irrisione nam
est digna refutatione sed magis est digna commen
datione digna responsione digna exaudicione
Id circo dicens qd dicebat Jeremias propheta Jere. xlij.
Audivi vobis et relabo vobis quicquid dicens pro
responsione verba thematis prius assumpta Salo
mon sedebit etc que verba ad literam sunt dicta
per david cui facta erat interrogatio nuper per archiepiscopum
sposita Salomon etc sedebit etc In quibus verbis
tanguntur quatuor que in aliqua nova assumpcione
alicuius consueverunt attendi Attendi enim primo
Condicio persone que assumitur
Status ad quem perficitur
Persona per quam erigitur
Causa propter quam producitur vel id efficitur
Primo ergo hic desseritur persone assumende ydonei
tas et sufficiencia quia Salomon Secundo cathedre
assequende nobilitas et excellencia quia sedebit super
solium meum et ipse regnabit pro me Tercio promoventis
persone auctoritas et eminencia / quia illius propriam Quar
to cause consequende utilitas et efficacia quia
ut sit dux super israel Est ergo promovendus / Canoni
cus / dignus / et habilis / Salomon / Est status e
minens clarus et nobilis / quia sedebit super solium
meum et ipse regnabit pro me Est promovens prel
latus celsus Sublimis et celebris / quia illius propria
Est fructus expediens decens bonus et utilis quia
ut dux super israel ut hodie intueamur persona
mea electi

Ydonee et cum eminenter presentatum Salom
Gloriose et eminenter collocatam quia sede
Persona mea clara bit super solium meum et ipse regnabit pro me
Generose virtuose et irrefragabiliter
approbata quia illius propriam approbando
Fructuose et utiliter sublimatam / quia ut
sit dux super israhel

Comparatur ergo grosse propter prerogativam singularis et quasi si-
milis convenientie et conditionis. Salomon collocatur
gloriose quia assumitur ad fastigium regalis et tande[m]
imperialis excellentie et dominationis. Unde ipse sedebit
super solium meum et ipse regnabit pro me. Approbatur
virtuose propter meritum spiritualis sine et diffinitionis
que illius propriam. Sublimatur fructuose propter fru-
ctum expectate finalis et salutaris presidentie et
gubernationis quia ut sit dux super Israel. Dicitur ergo
primo quod tangitur persone assumende ydoneitas
et sufficientia. Est enim conveniens dignus et ha-
bilis ut intueamur cuius persone grosse et convenienter
comparatur propter prerogativam singularis et quasi similis con-
venientie et conditionis / quia Salomon. Ad cuius e-
videntiam considerandum

Quod Salomon — In aliquibus profecit / In aliquibus excessit / In aliquibus defecit

Salomon enim profecit — In latrie magnitudine / In prudentie altitudine / In iustitie rectitudine / In clementie dulcedine

Salomon autem excessit — In sapientie latitudine / In habundantie et opulentie plenitudine / In familie amplitudine / In quiete et tranquillitate vite pulchritudine

Salomon defecit — In luxurie et lascivie turpitudine / In presumptionie longitudine / In ydolatrie multitudine / In amori bellice fortitudine

Ut ergo Salomon electus — Comparatur in profectu / Superatur in excessu / Conservatur in defectu

Ut quasi habeat in ordine ad Salomonem triplicem

combinationem scilicet adequationis excessus et excedentis. Nam in primo adequatur, in secundo superatur, in tercio propter excessum commendatur.

Adequatur enim
- in magnitudine latrie et devocionis
- in latitudine prudencie et dispensacionis
- in rectitudine iusticie et distribucionis
- in tenerritudine clemencie et compassionis

Superatur enim in multitudine
- in longitudine spei et exspectacionis
- in amplitudine pomarie possessionis
- in amplitudine familie et ordinacionis
- in dulcedine quietis et pacis gubernacionis

Superioris autem commendatur
- in pulchritudine coniugalis continencie et incontinencie
- in longitudine finalis perseverancie et ordinacionis
- in celsitudine divine admonicionis
- in fortitudine corporalis et bellice expedicionis

Dico ergo primo quod iste electus Salomoni adequatur et comparatur in magnitudine latrie et devocionis, sicut enim Salomon totus fuit intentus ad edificium templi et ornamentorum eius et gloriam ipsius, sicut dicit 3° Regum sexto usque ad viii inclusive, sic iste electus sicut predicte Archiepiscopus declaravit tam in fundacione novi collegii in castro Pragensi, quam in amplificacione ministrorum dei et beate virginis famulancium in ecclesia Pragensi, sicut in locatione pulcherrimorum donacione et larga et ampla dotacione. Et quod admisit Archiepiscopus in Novo Archiepiscopatu in regno Bohemie ad eius supplicacionem erectione et sublimacione ad ecclesiam metropolitanam et tot aliorum locorum religiosorum fundacione et protectione ecclesiasticarum defensione manifeste apparet ut merito dicatur de eo quod dicitur 3 Regum: Edificavit Salomon domum domino et consummavit eam. Et videtur quod ista condicio est maxime necessaria in rege, maxime in imperatorem promovendo. Debet enim esse katholicus non scismaticus vel hereticus, devotus non indevotus de deo et eius gracia, non de sua potencia confisus, quod pulchre dicitur est Deuteronomio xvii ubi dicitur

Regis Caroli nota vide

sit illum Regem constitues quem dominus deus tuus elegit
de medio fratrum tuorum non poteris alterius gentis hominem
Regem facere qui non sit frater tuus qui postquam sederit
in solio regni sui deuteronomium sibi describet legis
huius in volumine Accipiens exemplar a sacerdotibus
leuitici tribus / et habebit secum legetque illud omnibus
diebus vite sue ut discat timere dominum deum suum
et custodire verba et cerimonias eius que in lege
precepta sunt neque eleuetur cor eius in superbiam super
fratres suos Neque declinet in partem dextram vel sinis-
tram xvii de elec. ven. lom. (Aliquid si princeps non
solum in discordia et causa in concordia sacrilegium
quomodoque vel excitium (sic) Regem Tyrannum vel fa-
ciunt hereticum eligunt aut paganum nos in ungere
consecrare aut coronare hominem huiusmodi deberemus
Absit omnino Et videte verbum notabile quia sit eli-
gendus est Rex de fratribus quia vita constitui non potest
nec per personam nec per aliud nisi sit frater per fidem
et extra fidem ~~Rex~~ Rex vel Imperator in populo iste
esse non potest Unde dicit non poteris alterius gentis
hominem Regem facere qui non sit frater tuus Quomodo
ergo ludowicus de Bauaria hereticus manifestus
sicut alias probaui / potest regnare vel Imperare certe
nullomodo Unde scribit in hystoria thematis passim
ti Adonias filius Agith eleuabitur dicens Ego reg-
nabo et tamen iussu dauid ipse exclusus est a regno
Et salomon filius Bersabee sublimatus est dicente
dauid ipsi Bersabee viuit dominus quia sicut iuraui
tibi Salomon filius tuus regnabit post me et
sedebit super solium meum pro me / sic faciam hodie
Et rex primo ut expulso illo heretico Bauaro iste
Salomon filius Bersabee id est ecclesie que interpretatur Bersabee interpretatur
puteus satians vel fons septimus Ecclesia enim et
satiat et refrigerat per ecclesiastica sacramenta et est fons
septimus per septem dona spiritussancti Iste ergo filius
tuus sedebit super istud solium et regnabit et hoc fa-
ciam sibi hodie ipsum approbando et electionem eius confirmando

Karolus de quo legitur quod non videbatur sibi satis aliquid dare quod dabat ecclesie

Et videte quomodo ipse sit ita catholicus ita devotus ita
ecclesie munificus non solum sibi delectetur ex successione
Quia a sanctis patribus et consimilia frequenter
noscitur descendisse sed etiam debet sibi ex nomine
Quia karolus quis aut magis devotus et munificus
ecclesie quam karolus magnus fuit per antiquas hystorias in-
venti / Unde de eo legitur quod non videbatur sibi quod
posset satis ecclesie dare Attendens istud quod in omni
eo quod datur deo et ecclesie quecumque immensitas est
mensura Vivat ergo rex Salomon tertio Regum primo
Secundo dico quod adequatur in plenitudine prudentie et
discretionis Salomoni cum sicut Salomon fuit prudentis-
simus sic iste valde prudens est et discretus opti-
me cum sicut prudens ac sciat tempora dispensare
futura providendo presentia ordinando preterita memorando
et ista conditio bene est necessaria principi Quia proverbiorum
xxviii Dux indigens prudentia multos opprimit per
calumpniam Ideo dicebat ipse Salomon proverbiorum vii Dic
sapientie soror mea es Et prudentiam voca amicam tuam
Et proverbiorum quarto In omni possessione tua acquire
prudentiam arripe illam et exaltabit te glorificaberis
ab ea cum eam fueris amplexatus dabit capiti tuo
augmenta graciarum Et corona inclita proteget te Et ideo
ipse Salomon iii Regum iii petivit a domino / cui dixit deus postu-
la quod vis et dem tibi ut daret sibi cor docile
et intelligens ut posset iudicare populum et discernere inter bo-
num et malum quod et deus sibi concessit / Unde etiam
primo dicit Dedi cor meum ut scirem prudentiam
atque doctrinam Tertio dico quod in elatus adequatur
Salomoni in rectitudine iustitie et distributionis ad
bonum cum sicut de Salomone dicitur 3 Regum iii in fine
Et audivit omnis israhel iudicium quod iudicasset rex et
timuerunt eum videntes sapientiam dei esse
in eo ad faciendum iudicium / Unde ipse Salomon
parabolas edidit ad sciendum sapientiam et disciplinam ad
intelligenda verba prudentie Et suscipiendam erudi-
tionem doctrine iustitiam et iudicium et equitatem et iste
dicitur valde iustus et in punitione malorum et in
remuneratione bonorum et in distributione honorum ut dicto dictum

de Iustitia Regis

Illud Ier. xxiij Regnabit rex et sapiens erit et faciet iu-
dicium et iusticiam in terra Et ista condicio est inabili-
ter necessaria principi Abhominabiles enim regi qui agunt
impie quia iusticia firmatur solium et voluntas regum
labia iusti prov. xvi. Et ideo prov. xx Rex qui sedet
in solio iudicii dissipat omne malum intuitu suo unde
pulchre loquitur Job 36 dicens Non auferet deus
a iusto oculos suos sed reges in solio collocat in
perpetuum Iusticia enim elevat gentem miseros facit
populos peccatum prov. xiiij Et regnum transfertur de gente
in gentem propter iniusticias Eccli. x Ut merito sit
sicud ille Salomon cui dixit Regina saba 3 Reg. x.
Sit dominus deus tuus benedictus cui complacuisti qui po-
suit te super thronum israel et constituit te regem ut
faceres iudicium et iusticiam / Dico quarto quod iste
electus adequatur Salomoni in tenendo viam clemencie
et compassionis / Unde ipse Salomon dicebat prov. xi.
Clemencia preparabit vitam et xvi In hylaritate
vultus regis vita et clemencia eius quasi ymber
serotinus Unde ysa. xvi. preparabitur in misericordia solium
et sedebit super illud in veritate in tabernaculo david.
iudicans et querens iudicium et velociter reddens
quod iustum est Most etiam electus dicere potest illud
Job. 31. Ab infancia crevit mecum miseracio et de
ventre matris mee egressa est mecum / Clemencia
autem est virtus summe necessaria principi Unde dicit
Salomon prov. xx. Misericordia et veritas custodiunt
regem et roboratur clemencia thronus eius et
3 Reg. xx dicitur Reges israel clementes sunt Ideo
dicebat ille Artharxerses cum pluribus gentibus impera-
rem et universum orbem mee dicioni subiugassem
nequaquam volui abuti potencie magnitudine sed
clemencia et lenitate gubernare subiectos et absque
ullo terrore vitam silencio transigentes optata cunctis
mortalibus pace fruerentur Et quod clemencia necessaria
est principi declarat diffuse Seneca in libello
de clemencia ad Neronem Unde inter alia dicit quod
princeps clemens vivit optimus cunctis quo nichil

Mirabiliter necessaria iusticia principi

Clemencia Regis

Seneca de Clemencia Ad Neronem

Consideracionibus unde 3 Reg. 12 dictum est Roboam filio
Salomonis q si audiet populum et dicet ei verba lenia
et respondet sermonibus lenibus et clementibus obediet
ei populus cuncto tempore Et quia contrarium fecit decem
partes regni sui perdidit Et Job dicebat XXIX Cum
sederem quasi rex circumstante me exercitu, eram
tamen merencium consolator. Bene ergo iste electus
Salomoni adequatur in istis quatuor virtutibus que
in iiij^or^ lapidibus preciosissimis ornantibus dya
dema regiminis principis. Ut primus sit qui pre
videat late et devocio Secundus prudencia et discrecio
Tercius iusticia et distribucio Quartus clemencia
et compassio. Christo ergo Salomoni comparatur Sa
lamonis primo Reg. iiij Salomon erat in dicione sua et
primo Reg. ij Salomon sedit super thronum David patris
sui et firmatum est regnum eius nimis // Dicitur
ergo secundo quod Salomon excessit omnem electum in quatuor
primo in lingwarum sciencie et cognicionis / licet enim iste electus
sit sufficienter quantum pertinet ad principem secularem
litteratus / unde latinum et intelligit et loquitur et
multa alia ydiomata novit scilicet ytalicum Galli
cum Slavonicum ungaricum et theutonicum
tamen ad scienciam Salomonis non attingit Salomon
dicit de se ipso Eccl. primo quod precessit sapiencia omnes
qui ante eum fuerunt in Ierusalem / unde disputavit
a cedro que est in libano etc Secundo excessit in
plenitudine pecuniarie possessionis fuit enim valde
dives secundum quod ipse met dicit de se ipso Eccl. ij° 2 R°
c° xv. dicitur quod temporibus suis argentum in Ierusalem
nullius precii erat Et subdit quod fecit Salomon ut
tanta habundancia argenti esset in Ierusalem quanta
et lapidum Et ij° paralip. ix° quod argentum in
diebus Salomonis pro nichilo reputabatur Et
subdit magnificatus est Salomon super omnes reges
terre diviciis et gloria Iste autem ut credo non est
ita pecuniosus et certe non minus quod i° paralip. xxij

legitur q david rex reliquit Salomoni filio suo i impn
sas domus dni / auri talenta Centum milia et argenti
mille milia talenta / eris autem et ferri non e pondus
Credimus autem q rex Bohemie pr ind electi tante
liberalitatis fuit q potius debita q tanta sibi talen
ta dimisit Sed nec hoc presumat adversarij
q indubitanter tenemus q hec omnia advenientur
sibi Ut xvi primo querite regnum dei Tercio excessit
Salomon in amplitudine familie et ordinationis ut
3 Reg x dicitur q videns regina saba sapientiam Sa
lomonis 2 domum quam edificavit et cibos mense
eius et habitacula suorum et ordines ministrancium
vestesque eorum et pincernas et holocausta que offe
rebant in domo dni non habebat ultra spm Sed
quarto excessit magnitudine quiete et pacifice
gubernationis q ut dicitur eccl xlvij Salon imperavit
in diebus pacis unde primo palip xxij dicitur q
salon fuit vir quietissimus et requiescere fecit eu
dns ab omnibus inimicis suis per circuitum et ob hanc
causam pacificus vocatus est et pacem et otium
dedit deus isrl cunctis diebus eius Iste aut iam
habet adversarium sicut david habuit Saulem illum
scz bavarum hereticum et scismaticum manifestum Sz
confido in dno q ita erit de eo sicut de david et
de Bavaro sicut de saule et domo eius / Unde 2 Reg
iij dicitur q facta est longa concertatio inter domum
david et domum saul David proficiens et ipse s
ipso robustior domus aut Saul decrescens cottidie
Et notate q licz Salon in pace regnavit David
aut semper et in bellis et in sanguine non tamen hoc
fuit quin david fuit Salomone sanctior Ymo
frequenter deus multa aliquorum tribus i mittit ut
sit eis sicut est virtutis ita occasio et salutis
sicut dicebat Bern in libro de laude nove milicie
templi De Civitate sancta ierlm quam tamen
permisit dns impugnari / Unde de filiis isrl dicitur
Iudicum iij q dimisit dns eis aliquas vicinas

regiones chgenienarum ut traduceret in eis ysrahelem
ut bella addiscerent et haberent consuetudinem preliandi
et deut° vij dicit quod paulatim consumpsit illas
gentes et per partes ne bestie multiplicarentur
contra eos id est bestie infernales. // Dicebam 2°
quod in electus superavit Salomonem quia datur primo
in pulchritudine corporalis continencie et incor
rupcionis Salomon cum inclinavit femora sua
mulieribus et posuit maculam in gloria sua sicut
dicitur ecc° xlvij et 3 Reg xj Rex salomon ada
mavit mulieres alienigenas multas scilicet aut pu
dicius tuum uxorem ut audiuimus // Secundo superat in
longitudine perseverancie et durationis Salomon cuius
in scriptura bonum fuit initium sed malum exitum sicut
apparet 3 Reg xj / Iste per simum quod non solum
bonum initium ymo felix medium et felicissimum
exitum habebit semper in devocione ad deum et
ecclesiam perseverando et ideo si oppositum fecit male
pro eo sicut apparet de omnibus Imperatoribus qui se
finaliter ecclesie opposuerunt sicut de Frederico et
aliis Esto ergo fidelis usque ad mortem et dabo tibi
coronam vite Apoc ij quia maximum bonum agitur
si ante consummationem boni desertur Unde de Sa
lomone scriptum cum incepit male agere dominus statim
suscitavit sibi adversarium ymo adversarios multos
Jeroboam et Ada ut dicitur 3 Reg x Suscitavit dominus
adversarium Salomoni Tercio superat in celsitudine divine
adorationis Salomon cum colebat Astarten deam
Sydoniorum et Chamos deum Moabitarum et Mo
loch ydolum Amonitarum sicut dicitur 3 Reg
xj Sed in electus solum unum deum adorat
et illi soli servit et serviet in futuro Sed quarto
superat in fortitudine corporalis et bellice experien
cie et excitacionis Salomon in armorum exercicio non
fuit ymo dicebat david de eo Salomon filius meus
parvulus est et delicatus primo paralip xxij Sed in electus
adhuc in pueritia fuit in armorum exercicio et in ytalia

Bonum initium Salomon habuit finem malum

Usque ad finem fidelis esse

et in alijs partibus Attendens illud vegecij de re militari
Quod scia rei bellice dimicandi nutrit audaciam Nemo
enim facere metuit quod se bene didicisse confidit Unde au
diui quod quasi alter iudas machabeus similis factus
est leoni in operibus suis Unde ipse potens viribus
a iuventute sua sit princeps milicie et ipse agat
bellum populi primo machabeorum .iij. Sit merito ex
istis quatuor ultimis condicionibus dicamus de eo
illud quod xij tercie plus quam salomon hic Hoc de primo
magno tangitur in eo clara ydoneitas et sufficiencia
ipse enim describitur quoniam dignus et habilis quia
catholicus et deuotus quia industrius et discretus / quia
iustus et equus quia pius et clemens / quia robustus
et castus quia bellicosus et strennuus et per hoc est
non solum sicut salomo sed eciam in aliquibus plus
quam salomon Dico secundo quod describitur status nobili
tas et excellencia status eius ad quem assumitur
est eminens clarus et nobilis / Unde propter hoc collo
catur eminenter et gloriose quia promouetur ad fasti
gium regalis et tandem imperialis excellencie et
dominacionis / Unde dicitur mathei ... sedebit super solium
meum et ipse regnabit pro me Ad cuius euidenciam
sciendum iste status imperialis est eminens altus
et nobilis specialiter propter quatuor
Primo quia propheticie presignatus
Secundo generose diuatus
Tercio spaciose dilatatus
Quarto gloriose exaltatus

Unde habet status iste:
- propheticam presignacionem
- celicam decoracionem
- Amplificam decoracionem
- Magnificam exaltacionem

Dico primo quod status iste est prophetice presignatus habet
enim propheticam presignacionem Ad cuius euidenciam expositorum
hebreorum et aliquorum sanctorum illa quatuor
animalia que vidit Ezechiel Ezech. primo signant
quatuor imperia que fuerunt scilicet imperium assiriorum quod

fuit primum / vnde et frequenter reges assyriorum plane
in scriptura significantur Et etiam dicunt aliqui quod le-
onem in cristallo portabant Et primus qui regnauit
in isto imperio fuit Belus pater Nyni et durauit
illud regnum mille trecentis et quinque annis sicut
dicit Augustinus xij de ciuitate dei c x Sed postea trans-
latum est dei iudicio ad persas et medos sicut patet daniel
vij^o vrsus autem significat imperium persarum et medorum
quod incepit a dario et durauit annis iiij^c lxxxv sicut
dicit Augustinus ibidem significatur autem per hominem quia illud
regnum multum hominibus tractauit regnum medorum
quam alia / vnde etiam cyrus Rex persarum et medorum
dedit licentiam et reedificandi ierusalem et templum
post quam scriptura multum eum commendat ut patet
ysaye xlv Pardus autem significat regnum grecorum
quod incepit ab alexandro quod minus certamen durauit quia
post mortem alexandri imposuerunt omnes sibi dyade-
mata sicut dicitur primo machabeorum primo Istud
autem significatur per pardum quia sicut pardus impinguit
corpus maculis ita istud imperium increpuit in regnum mede-
orum sicut apparet primo et 2o machabeorum maxime
tempore Antiochi illustris qui significatus est per cor-
nu modicum quod postea factum est grande daniel
viij Sed aquila significauit imperium Romanum
quod incepit tempore Romuli Regnante Ezechia in iudea
sicut dicit Augustinus xviij de ciuitate dei c xxij et dura-
uit usque nunc licet facte sint multe translationes
per collationem dignitatis in germanos in persona magnifi-
ci karoli sicut dicitur extra de electione c venerabilem Istud
autem significatur per aquilam vnde et signum Romani
Imperij Aquila est Et sicut dicitur Ezech primo
Inter ista quatuor animalia facies aquile desuper
erat quia istud Imperium Romanum maius et pote-
tius ceteris fuit vnde et Jeronimus dicit super da-
nielem Imperio Romano nichil fortius et durius
fuit Etiam ista Imperia figurata Danielis secundo
per statuam quam vidit Nabuchodonosor tunc caput
aureum pectus et brachia de argento venter et fe-
mora ex ere sed tibias quasi ferreas Regnum enim assyriorum

significatum est per caput aureum Persarum et Medorum
per argenteum Grecorum per es Sed Romanum per ferrum
Modo dicit textus Regnum quartum illud ferreum quo
modo ferrum comminuit et domat omnia sic regnum quartum
comminuet et conteret omnia verum est quod pes pedum
istius statue erat ferrea et quedam fictilis quia sicut exponit
daniel Regnum divisum erit et ex parte regnum erit solidum
et ex parte contritum Sunt modo ad breviter terminum Patet
ergo quod istud imperium cum prophete prefigurant ut dicit
illud Jo. v. Scrutamini scripturas quia ipse sunt que
testimonium perhibent de me etc. // Dico secundo quod iste status
est gnose derivatus / quia adeo non dextra sed de
celo duxit originem / fecit enim deus duo luminaria /
luminare maius ut preesset diei et luminare minus ut preesset
nocti Sed Balem sed et luna per que luminaria significantur
sacerdotium et imperium Sed pendeamus luna imperium secundum
apparet quod de maioritate et abo. c. solite / ut dicat
Imperium illud act. xxiiij Ego quod orae altissimi perditionibus
enim potestas adeo est Ad Ro. xiij Unde dicebat
Iohannes papa lxxxxv di. c. Si imperator Si hoc imperator
privilegia potestatis sue que in administrandis
legibus publicis divinitus consecratum est Et subdit
quod adeo consecratus est imperium potestatem quod utique
est sed mediante pontificali sicut apparebit magis
infra et eadem di. c. cum ad verum // Tercio dico
quod iste status est spaciose dilatatus Nullum enim aliud
regimen temporale est quod nos paucioribus
limitibus coherceretur et quod habet limites ita magnas
Unde secundum legistas principatus eius est
super omnem terram et eius terra est possessio eius
et ipse est dominus mundi Unde non habet principatum
limitatum sed illimitatum secundum eos Sed
modo secundum iura canonica principatus pape
eius limitatus est sic ut sepe dixi de finibus et re
iudicata c. pastoralis in clementinis, hoc tamen
certum est quod multo ampliorem quam regnum aliquod
temporale habet dilationem Ezechiel xxxvij Rex
unus erit omnibus imperans omnibus secundum legistas.

Spaciose dilatatus imperii status

Vel omnibus id est multis Gen. xxviii Dilataberis
ad orientem et occidentem ad septentrionem et me
ridiem Quarto dico quod iste status est gloriose
exaltatus unde non solum extensive precellit alia
sed etiam intensive Nobilior enim omnibus est Tertio
commonendo cum ad istum statum possum sibi di
cere quod dicitur deut. xxvi faciam te excelsiorem
cunctis gentibus ut dicat hic / quod dicebat david
de se ipso primo paralip. xxvii fecisti me spectabilem
super omnes homines / Unde possumus dicere illud ysa.
ii In diebus novissimis erit preparatus mons domus
domini in vertice montium et elevabitur super colles et flu
ent ad eum omnes gentes Et ideo merito dicitur
quod sedebit super solium meum ysa. ix super solium da
vid et super regnum eius sedebit et confirmet illud
et corroboret in iudicio et iustitia hodie cum col
locabo cum cum principibus ut solium glorie
teneat primo reg. ii Ut merito dicatur illud hest.
iii posuit solium eius super omnes principes ut meri
to dicatur de eo illud primo paralip. ultimo Sedit
salomon super solium domini in regem et cunctis placuit
et paruit illi omnis israel Sed unde quod non dicit
solum quod sedebit super solium meum / solium enim simplici
ter solium meum est sic magis declarabo satis cito
in fine Ut dicam illud 3 reg. 1 Benedictus deus
israel qui dedit hodie sedentem in solio meo viden
tibus oculis meis Sed additur in sermone et
regnabit pro me / ut dicatur illud paralip. xxix Reg
navit Salomon filius eius pro eo Sed quare dicit
pro me / numquid dimittam sibi istam cathedram
et istam sedem / certe non intendo Sed pro me reg
nabit / quia pro honore meo et istius sedis regnabit
tunc pro me regnabit quia suum regnum ad honorem
dei et istius sancte sedis totaliter ordinabit Vel
sicut alia litera habet post me. Et illud prius et
posterius dicit vel ordinem temporis quia minor me
est et forte me subtracto de medio Ad hoc reg
nabit / Vel quia postea me ad solium suum dignum

pervenit. Vel post rome dignitatis quia sua meta in secu-
laribus dicam statim infra. vel post rome originis quia
sua origine a meta sic statim patebit et si precedens
tempore precedens natura et dignitate et precedens
eciam origine Regnum eius salvo eius precedam b. xli.
Et sic patet quod status iste ad quem assumitur est
eminens altus et nobilis quia assumitur ad fa-
stigium Regalis et tandem Imperialis excellencie et do-
minacionis. Dico 3° quod describitur preeminencie auctus 37
et eminencia, quia preeminens est precellens excel-
sus et sublimis, quod illi ergo proprium ubi tangit
inductum spiritualis sive et diffinicionis illius propriam.
Ad cuius evidenciam sciendum quod spiritualis auctus in or-
dine ad excellenciam Imperialem habet tres actus
precipuos

habet enim:
- Approbare
- Iudicare
- Regulare

unde potestas imperialis quia:
- petere decretum sive approbacionem vel confirmacionem
- Subire iudicium sive examinacionis vel discussionis
- Recipere preceptum sive mandatum vel ordinacionis

Dico primo quod spiritualis habet actum primum preceptum qui est ap-
probare. habet enim electus in Imperatorem promovendus
petere decretum sive approbacionem vel confirmacionis.
Unde extra de elec. c. venerabilem. dicit, quod legatus
de innocenciatis generis assertum persona regis ap-
probavit et duxit reprobavit ut extra de iure iurando
Clementis. persona ydonea cuius ydonea reputata
ipsum nominamus et denunciamus declaramus Re-
gem Romanorum ipsumque approbamus tamquam sufficientem
et habilem declarantes ad suscipiendam impera-
lis celsitudinis dignitatem. et istud videtur
recte fecisse instituta quia Samuel Saul re-
probavit et David approbavit sicut apparet primo Regum
xv. et xvi. et quasi per totum et etiam quia omnes
filios ysai reprobavit et solum David qui erat mi-
nimus approbavit. Et quia deus approbacionem vel reproba-
cionem Regum iste fieri voluit per ministerium sacer-
dotum et ista est causa in ut dicitur Tyrannus et usurpator

et dignum cathalicum et approbatum / quod primus hic precessit
in scriptura et scripturis est summe in statu sacerdotum de qui
bus dicitur hebre. viij / ipsi regnaverunt sed non ex
me sed sacerdotum neque unde sacerdocium fuit figuratum in
Melchisedech qui fuit sacerdos dei altissimi Gen. xiiij
Et primus precessit in Caym sicut dicit Aug. xv
de civitate dei xix Et ideo dicit Aug. super ps. xliiij quod
reges soli isti inungebantur quia habebant imme
diate ordinem ad christum a quo dependet omnis un
cio Mediate ergo quia istud imperium cathalicum est
Et unccionem recipit / promovendus ad ipsum debet
approbari per summum sacerdotem Unde dicit dominus Boni
facius ad Archiepiscopos Maguntinum Coloniensem et Treverensem
De electione Alberti in Regem Romanorum electi int
tetu pro dicit sicut ad nos ius et auctoritas examinandi
personam in Regem Romanorum electum pertinet quod
in unccio consecracio coronacio manuum imposicio
necnon denunciacio reputacio ydoneitatis persone
vel forme et narracio regia seu conc(ione) dignitatis
persone vel forme pluris pertinere noscuntur / Secundo
secundo quod hic ipsa actum presuppositum quia iudicare impera
tor eius habet sublime iudicium sive examinacionis vel
discussionis Unde dicitur in illo c. venerabilem Ius et
auctoritas examinandi personam electam in regem et pro
movendum ad imperium ad nos spectat Qui
eam similiter inungimus consecramus et coronamus Est enim
regula et generaliter [illegible] approbatum ut ad eum examinacio
persone pertineat ad quem imposicio manuum spectat
Et ideo Apostolus dicit prima ad Thy. v. Nemini cito manus
imposueris Cito autem manus imponere est ante
tempus examinis honorem prebere dignitatis sicut
et patet in glosa super isto verbo Et ideo dicitur prima
ad Corin. ij. Animalis homo non percipit ea que
spiritus dei sunt stulticia enim est illi et non potest
intelligere quia spiritualiter examinatur spiritualis homo
omnia diiudicat et ipse a nemine iudicatur
Super illo verbo dicit Aug. et est in glosa quod per
hoc spiritualia preponuntur corporalibus vel animalibus

potestatibus ut examinentur et probetur an spiritualia amet et diligant Unde lxxxxvi di. c. duo sunt dicit quod imperator pendet ex ipse iudicio non econtra quod satis apparet cum plures excommunicasse et deposuisse Romani pontifices imperatores legantur sicut patet manifestissime in decretali ad apostolice de sententia et re iudi. libro vi. Ideo primo ad Corinth vi. dicitur Angelos iudicabitis quanto magis secularia Quarto Ecclesia quia ipsa habet actum perfectum quia scilicet clarum Imperator enim habet perfectum preceptum sue moderationis vel ordinationis legum enim non dedignantur sacros canones imitari Unde imperator habet ad eum intendere sicut ad exemplar Unde dicitur deutro xvii quod Rex accipiet exemplar a sacerdotibus Unde quicumque agit aut facit secundum regulam sacrorum canonum bonum et iustum est Sed quod aut agit eis contrarium non esset sequendum sed potius reprobandum Propter hoc dicit deut. xvii cap. Si quis superbierit nolens obedire sacerdotis imperio qui tempore ministrat domino et decreto iudicis moriatur homo ille ut nullus deinceps magis intumescat superbia Act xviii Si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus Unde Saul quamdiu obedivit samueli bonus fuit et reprobatus est sed quando non obedivit reprobatus est Unde primo Reg xv sibi dicitur Scidit dominus regnum tuum a te et dedit illud proximo tuo meliori te Et fuerunt verba samuelis Quinta quia ipsa istos tres actus perfectos habet Ideo apparet eius eminentia et auctoritas quia enim potestates sunt inter se ad invicem ordinate Maior precipit minori Unde pharao precipit Ioseph et Ioseph precipit dispensatori sicut apparet Gen xliiii Unde ipsa videtur esse illius de quo dicitur in ps Ego autem constitutus sum Rex ab eo super syon montem sanctum eius predicans preceptum eius Istud enim preceptum de quo dicitur Eccl. xviii qui custodit preceptum non experietur quicquam mali et ratio patet est quia sicud

Leges non dedignantur sacros Canones imitari

Saul quamdiu obedivit Samueli bonus fuit

Apostolus dicebat 2a ad Cor. viii proprio non ergo sed dominus preceptum apostoli preceptum dei est ideo dicebat Apostolus ad Thymo. v. prope ut irreprehensibiles sint Ideo pa ad Thess. iii dicit Confidimus de vobis quod precipimus vobis precipimus et facitis et facietis Dominus autem dirigat corda vestra in caritate dei et paciencia Christi Unde di. x. c. Certum est hoc Regalis Dicitur regibus in rebus est salutare ut voluntatem suam Christi sacerdotibus subdere aut preferre non properent sacro suo per eos presules disce- pacius quod datur et tertia formam Regem Et unde in quo ex istis tribus patet quod eminencia spiritualis est in ordine ad excellentiam imperialem quasi triplex genus causalitatis scilicet quia deus habet racione ad talem

originalem et effectivum
Primo quidem 2o exemplarem et directivam
3o finalem et completivam

Potestas ergo imperialis cathedra et approbato
A papa originatur
A papa exemplatur
Ad papam terminatur

Dimisso quod a papa exemplatur quod satis supra probatum est Primo declaro quod a papa originat et istud suadeo duobus primo quidem ingenio quia potestas temporalis est ordo impressus quia translata est prima persona deo / prima auctoritate Hugonis qui libro suo de sacramentis parte ii li. ii c. iiii dicit

supposito quod ista sit demonstrabilis, Deus est. Nam metaphysice pt gnus
scientiam eius possibile est naturaliter quod aliquis scientificam
sciens ei habeat cum hoc actum creditivum circa
eam quod rationes formales illorum actuum non re-
pugnant ut dicunt alii quia ratio formalis scientie ac-
tualis est quod sit assensus per demonstrationem acquisitus.
Ratio vero formalis fidei actualis est quod sit assensus
ex auctoritate causatus. Modo ille rationes naturales sunt
compossibiles. Item aliquis potest assentire eidem per
demonstrationem et etiam propter experimentum superum ex
singularibus ut patet in propositione. Isti tamen dicunt
quod si non est de ratione formali opinionis quod for-
midinem includit tunc illud idem eundem quis simul potest
habere actum scientificum et actum opinativum

Secundus actus fidei

Et simpliciter confitemur. Hic tangit secundum actum
fidei ad quem omnes Christi fideles obligantur. Non
enim solum tenemur firmiter articulos fidei credere et
tenere cordis adhesione, sed etiam constanter fateri et
tenere oris confessione. Non enim sine reliquo
pro tempore et loco non sufficit ad salutem. Ideo dicit
Apostolus Ad Ro. x. et j de sacramento unctionis ca.
unico. Corde enim creditur ad iustitiam, ore
autem confessio fit ad salutem. Sic namque sancti
martires fecerunt qui inter tormenta immanissima
dilectissimum nomen domini nostri Ihesu Christi constan-
tissime sunt confessi. Ideoque coronas triumpha-
les meruerunt dicente Apostolo ad Hebre. xi.
Sancti per fidem vicerunt regna etc. Et hec est
contra Elicontas hereticos dicentes fidem Christi in

p[ro]teruione negandam ore non corde d[icit] gl[os]a. / Et simp[licite]r
confitemur aliud aut simp[licite]r n[on] mo[do] i[deo] q[uia] pat[er] uno[que] — alleg[atur]
simp[licite]r in simpl[icibus] habet v[er]bis ut dicit gl[os]a. non in v[er]bis
ab[s]curis sicut faciebant ph[ilosoph]i ut suam sci[enti]am oc-
cultarent. Ideo ps[almo] 1o dicitur d[omi]n[u]s p[ro]tegit simpli-
ciores simp[licite]r / fides cu[m] simpl[icibus] habet v[er]bis e[st] p[ro]ponen-
da non involute nec abstruse s[ed] ap[er]te et manifes-
te 23 di. q[uia] ep[iscop]us 24 di. q[uia] ep[iscop]us Et q[uia] n[atur]a[lite]r ista
quam p[ro]ferimus v[er]ba nos est p[ro]ponenda s[ed] p[er]ficata
ar 3a di. relatum Ideo intelligi pot[est] simp[licite]r id est
sine duplicitate simulacionis / q[uia] vir duplex a[n]i[m]o in-
constans est in omnibus viis suis Iacobi 1o Dicat
aut ille qui aliud fatetur ore et aliud i[n] mente
et illud p[ro]p[r]ie non est confessio fidei s[ed] fassio [?]
Et de ista simplicitate dicit ps[almista] 10 Qui ambulant
simp[licite]r ambulant confidenter vel 3o simplicit[er]
id est sine fraude et fallacia sophistice locucionis Q[uia]
cu[m] sophistica loq[ui] odibilis est deo et in omni re
defraudabitur Ec[c]l[esiastic]i 3o Quoniam argumenta cum fidei abscon-
dere sunt a philosophicis artibus unde Ambrosius
et allegat magi[ste]r l[ibr]o 3o di. 22 c[apitul]o 1o aufer i[n]
quid argumenta ubi fides queritur ipsis gymnasiis
iam dyalectica taceat piscatoribus creditur non dyale-
ticis Et item illud verba phy[losophor]um excludit simplex
veritas piscatorum Et tunc quasi dicat quare nomina
inquit disputacionibus theologiis fidei simpliciter credatur
Quartomo dicitur simp[licite]r id est integraliter et
p[er]fecte p[ro]ut sim[plicite]r distinguitur contra s[ecundu]m quid Unde
Athanasius dicit hec est fides catholica quam nisi
quisque integram inviolatamque s[er]vaverit salvus e[ss]e
non poterit Et ideo dicitur ps[almo] 28 Qui ambulat
simp[licite]r id est p[er]fecta fide salvus erit quia qui
offendit in uno reus est omnium Iacobi 2o Vel
quintomo dicitur simp[licite]r id est sine ulla addita con-
dicione diminuente Quia nulla veritas condi-
cionata est p[ri]ma s[ed] veritas fidei Eo q[uod] d[icit] ap[osto]l[u]s simp[licite]r

dicto quod sine addito dicto et detractibus dicitur ps. 16 Cum
simplicibus sermocinatio eius Additur aut consignificatur
in plurali ut habetur pluralitas Non enim fides una unius
tantum vel paucorum sed multarum iuxta illud Multi
tudinis credentium erat cor unum et anima una Actuum
4 et dilectissimis ipsius unum sermonem Quod autem ut dictum
est supra dicitur catholica id est universalis vel quia largiri
quod est contra illos qui credunt plures esse fides
in quibus homo possit salvari Et contra illos qui
ore tantum credunt et corde negant Et contra illos
qui corde credunt / ore autem catholicam fidem fateri re-
nuunt aut formidant :- Dubitatur
Sed tunc hic dubitatur utrum ista exterior fidei con
fessio sit ad salutem necessaria pro omni salvatione est notandum
quod triplex est confessio Est namque confessio gratiarum
actionis et laudis de qua in Ecclesiastico 51 Con
fitebor tibi domine rex Confessio peccati et penitentie
Et confessio fidei et credulitatis de qua est ad propo
situm De qua dicitur quod ipsa ad salutem est necessaria
pro tempore et loco per illud Matthei 10 Qui me con
fessus fuerit coram hominibus etc. Et Luce 9 Qui
me erubuerit et meos sermones hunc filius hominis
erubescet cum venerit in maiestate sua Que tamen
propterea quia tamen non obligat nisi pro loco et tempore et circa
alias circumstantias debitas Non ergo oportet con
fiteri semper et in omni loco Sed quando per omissionem eius
subtrahetur honor debitus deo vel eius utilitas
proximis impendenda puta si aliquis interrogatus
de fide taceret / ex hoc crederetur quod non habet fidem
vel quod fides non esset vera / vel alii per eius taciturnita
tem averterentur a fide In huiusmodi enim casibus
confessio est de necessitate salutis Dicit tamen quidam
doctor quod si sine timore mortis fidem susceptam
ore negaret sine pusillorum scandalo peccaret
solum venialiter // Et ego non credo ad Timotheum 2 Item
dicitur Qui me negaverit coram hominibus negabo
eum coram patre meo qui in celis est

Quod unus solus est deus eternus immensus incomprehensibilis

prima veritas

Noscitur quod unus solus est verus deus eternus
immensus incommutabilis omnipotens incomprehen-
sibilis et ineffabilis. Ista est 2a particula prime partis
principalis. In qua post divisionem primam primus huius
libri articulus principaliter tractat de personarum divinarum
unitate. De qua beatus Augustinus primo de trinitate capitulo
3o sic ait. Ubi queritur unitas trinitatis nec periculo-
sius alicubi erratur nec laboriosius aliquid queritur nec Aug.
fructuosius aliquid invenitur. Quocirca omnis qui
legit vel audit ea que de ineffabili deitate hic
dicuntur studeat imitari atque servare quod idem venerabilis
Augustinus eiusdem capitulo 2o de se ipso dicit. Non pigebit me
inquit ubi hesito querere nec pudebit ubi erro
discere. Amplius quod hec audit vel legit ubi pariter
certus est pergat mecum ubi pariter hesitat querat mecum
ubi errorem suum cognoscit redeat ad me vel ubi
meum revocet me. Ita ingrediamur simul caritatis
viam tendentes ad deum. Dogma de deo est caute
rite fiendum omnibus semper. Cura ipsius ut dicit magister
libro 1o di. 2a c. 1o. Hec autem summa et excellentis-
sima tum modestia et timore agendum est et atten-
tissimis auribus atque devotis audiendum. Cum ut
dicit Augustinus ubi supra capitulo 2o. Mentis humane acies
invalida in tam excellenti luce non figitur nisi
per iustitiam fidei emundetur. Hec ille. Accedendum igitur
cum timore et tremore ad materiam istam dico
quod illa potest pariter dividi in 8 partes secundum octo que
hic ponuntur catholicas et theologicas veritates. Prima
est de deo dei unitate. Secunda de eius pulchritudine
seu aliorum exclusione. Tertia de eius veritate. Quar-
ta de eius eternitate. Quinta de eius immensitate.
Sexta de eius incommutabilitate. Septima de po-
tentia eius et virtute. Octava de incomprehensibilitate
et ineffabilitate partes patebunt in processu. Primo
prima veritas tangitur in hoc cum dicitur unus
Et est sensus ad intelligendo prudentia firmiter credimus

Scoti

et simpliciter confitemur quod unus est deus quod est contra
errorem insipientium qui negant divinam entitatem
et per consequens eius unitatem Cum ens et unum convertuntur
4° methaphysice et in psalmo patet dixit insipiens in corde
suo non est deus Istam autem unitatem non nega
verunt qui posuerunt plures deos Nam quamquam
ponit pluralitatem asserit unitatem licet non eius
Contra illos autem veri phylosophi et metaphysici affirmant primum
motorem et primam causam esse concluserunt ut patet
per aristotelem 8° phisicorum et 12 methaphysice et per multos
alios Videmus siquidem sensibiliter aliqua causari
et de novo produci Cum igitur nichil sit causa producti
va sui ipsius ut patet per beatum Augustinum primo de trinitate capitulo
1° nec sit processus in infinitum in causis talibus
ut patet 2° methaphysice sequitur quod danda sit prima causa
efficiens que non est aliud nisi deus benedictus
Alias rationes multas et fortes pro illo adducunt diversi
doctores quibus evidenter de eo ut probare nitimur
primam causam esse [illegible] non causa brevitatis gratia pre
termitto cum nobis fidelibus satis sufficere veritas
sufficienter debeat Cum secundum beatum Augustinum 2° super genesim
ad literam capitulo 9° Maior est auctoritas quam omnis humani in
genii perspicacitas Hunc igitur errorem deum deo
rum negantem non solum insipientem sed vere insaniam
reputare debemus Et per consequens contra eum non esse
rationibus disputandum Nam eius maior insania
quam dicere illud non esse quod est causa omnibus ut sunt Cum
in sanis phylosophari non solemus Ideo beatus
Bernardus in libro de diligendo deum sic ait Inexcusabi
lis est infidelis si non diligit deum toto corde tota
anima tota virtute clamat namque intus innata
iustitia sibi quod ex toto sit illud diligendum cui totum
se debere non ignorat Nullus enim qui tamen ab
sit sui ignorat quod ipse non semper fuit et quod non
a se habuit esse sed ab alio Et sic oportet pervenire ad
aliquid qui semper fuit A quo primus pater carnalis in
itium habuit quod pater alios generare Adhuc enim sunt

infinita alia testimonia dicente Aug(ustin)o in h(oc) confessi(onum)
apud Celum et terra et omnia que in eis sunt cla-
mant undique ut diligamus deum. Unde advertendum
est quod deum esse innotuit homini triplici via primo
ex inspectione aperta creaturarum Secundo ex traditione
precedentium primum Tercio ex immissione multiplicium
revelationum Primo innotuit phylosophantibus unum
primum et excellentissimum esse ens volo a quo de-
pendet celum et terra et tota natura ut Aristoteles est con-
fessus Secundo innotuit originaliter ex adam primo homine
qui docens eos erudivit filios suos et illi iterum
filios suos de generatione in generationem Et verisimile est
quod talis eruditio fuit continuata sine interruptione
usque ad moysen ut dicit quidam doctor per quem
deus talem eruditionem perfecit et complevit Tercio
vero innotuit deus ex speciali benignitate sua qua
quibusdam in quibusdam erat cognitio dei primo
et quibusdam qui noverunt deum secundo immisit specia-
les revelationes ad prophetas tanquam de ipsis et illis nos consequentes
cognitio dei perficiebatur ab initio mundi de tempore
in tempus usque ad apostolos ipsos ex quibus ~~divina~~ derivatum
tum Tales igitur non credentes deum esse in hac
perversitate sunt demonibus qui credunt et contre-
miscunt Jacobi 2° c.
Secunda ueritas

Quod solum unus est deus

Tunc sequitur Solus ubi ponitur secunda veri-
tas catholica viz quod solum unus sit deus
pro quo advertendum quod ly solus dicitur capitur uno modo
cathegorematice et sic non excludit aliquid sed ponit solli-
tudinem ut cum dicitur sortes est solus in domo
sensus est ille non sortes est in domo solitarius
Alio modo capitur sincathegorematice et hoc dicit
secundum Okam et Tho. de ar. Nam quoque capitur
exclusive et quoque passive Primo ad huc dicitur
uno modo prout determinat totam propositionem sic quod facit propositionem
exclusivam Alio modo prout facit unam de exclusis significato

Solus pater est deus

vel predicato exclusive tercio et primo dictio si dicatur
simpliciter exponitur ut patet alibi. Tercio autem possunt
personis illius propositionis solus pater est deus est ista.
Solus pater id est suppositum divina que non est personale
per solam paternitatem constituitur est deus. Tercio ly
solus categorice. Multi negant istam unus solus
deus est. Unde sanctus hylarius videtur in divinis
non esse solitudo et concordant multi alii sancti
doctores. Alii vero admittunt in divinis solitudinem
prout opponitur ad essenciam non autem prout opponitur ad
personas. Et sanctum hoc intelligunt auctores ad oppo-
sitantes. Si autem in illa propositione unus solus deus

Unus solus deus est

est capitur ly solus exclusive. Tunc sanctum dicendum
sicut expositio dictionis modo est dicendum ut satis patet
ex loyca. Nam si capitur prout ly solus facit propositionem
de exclusiva subiecto vera est. Si vel prout facit pro-
posicionem exclusivam. Et tunc si exponitur gratia
pluralitatis tamen vera est etc. Et hec est contra
quosdam hereticos qui gnostici vel gnostici voca-
tur et contra Manicheos dicentes duos esse deos
bonum scilicet et malum ut patet 2 l. q. ultima. Qui-
dam secundum est contra quasdam hereticos qui vo-
cantur Tritani qui tres personas in divinis tres
asserunt esse deos ut patet illud enim. Contra quos
manifeste est scriptura sacra Deuteronomii 6 ubi
dicitur Audi israel dominus deus tuus unus est
et in 4° Et illi soli servies. Et iterum ibidem 32 vi-
dete quod ego sum solus et non est alius deus
preter me. Ysaie 13 Non est alius quam tu etc. Et
in multis adhuc sunt alie auctoritates et scriptura.
Sed contra ista opponitur quia si sit hec maxime
esset propter unitatem divine nature que tamen plura-
litatem deorum non excludit. Quod probatur
primo quia si eadem humanitas esset tribus per-
sonis divinis unita ibi essent tres homines igitur

Similiter si eadem scientia una tribus hominibus in ex
isteret ipsi essent tres scientes Eodem modo si eadem
albedo tribus subiectis inhereret ista essent tria
alba Nec obstat quod illa non uniuntur ydemptitate
sed quod si albedo tribus subiectis realiter et
albedine distinctis inhereret prout ipsis ydemptifi
caretur non minus propterea essent tria alba quam ante
Idem patet quod si eadem ymaginacione plenus eadem
essencia quibus esset in sorte et platone non esset
propter hoc unus homo Item hic deus quando supponit
pro personis ergo quod si supponat in ista pater et
filius et spiritus sanctus sunt unus deus tunc ista
est una affirmativa tunc quoniam non supponunt pro eadem
re Item quod in diuinis sunt tres scientes
una scientia tres potentes una potentia Tres volentes
una voluntas // Ad illa respondent quidam quod
quando ille terminus capitur de tribus personis tunc capitur
personaliter per doctores et non aliter propter hereticos
et gentiles ne in suis erroribus firmentur
Et ne detur occasio ad decipiendum simplices
Si autem hic deus in talibus capitur personaliter
tunc de virtute sermonis videtur illis quod illa esset
falsa Solum unus deus est / pater et filius et spiritus
sanctus sunt unus deus In talibus tamen propositionibus
numquam debet sic capi propter causam tactam Ergo
ista simpliciter debet negari pater et filius et spiritus
sanctus sunt tres dii Omnia non solum falsa sed
neganda sunt tamen racio que de persona in quo dicit et
casionem erroris Sanctus vero thomas in prima parte
summe questio 29 articulo 3o dicit quod hoc nomen deus
est concretum nature essencialis et nomen significa
tiuum et ideo sumitur per modum suppositi et propterea singulari
tas vel pluralitas eius attendenda est penes
formam signatam Quadratiuus vero quod significat
per modum accidentis singularitas vel pluralitas atten
ditur penes supposita Et ideo ista est concedenda sunt

diuinis sunt tres sapientes / tres potentes / tres intelligentes
etc. Non est autem concedendum quod in diuinis sunt tres
dii quia ibi solum est una natura. Et quamuis in creaturis
ad multiplicationem suppositorum multiplicatur
natura / ideo conceditur quod Sortes et Plato sunt
duo homines. Secundum hoc ergo si eadem natura huma
na subsisteret in tribus suppositis diuinis non esset
ibi dicendum aliquos tres homines non obstante uni
tate nature propter hoc quod illa natura realiter dis
tinguitur a suppositis illius. Sic autem non distin
guitur natura diuina a suppositis diuinis. Et ergo non
est simile hic et ibi. Ex quo etiam patet. Si autem
albedo esset in tribus subiectis distinctis quod ibi
essent tria alba etc. Tunc de ydemptificatione
albedinis ad tria subiecta dicitur primo quod talis
ydemptificatio est impossibilis. Si tamen admittitur
esse possibilis ut aliqui tenent tunc posset forte
primo dici quod in tali casu non essent tria alba sicut
nec in diuinis tres dii. Aliter potest dici et forte
melius quod ymo ibi essent tria alba. Nec est
simile in diuinis quia persone diuine conueniunt in
essentia et in omnibus perfectionibus absolutis secundum modum
loquendi doctorum et distinguuntur solum re
latione. Sic autem non esset de illis tribus albis
que licet conuenirent in tali casu in albedinis
ydemptitate non tamen in omni perfectione absoluta
quia adhuc distinguerentur per absoluta scilicet per suas naturas
indiuiduales absolutas. Patet etiam consequenter quod si staret
ymaginatio precedens tunc tria indiuidua
nature humane non essent tres homines. Et hoc
ideo quia talia indiuidua non distinguerentur
per aliqua absoluta sicut persone in diuinis quod tamen ymagina
tur ita videtur omnino impossibile. Nec Plato ita dixisset
ut videtur. Patet etiam ex dictis quomodo illa concedenda
quod in diuinis sunt tres scientes etc. // Tercia conclusio

Quod unus solus est deus verus

// Nunc sequitur est verus deus. Ista pars est ter-
cia in articulo in qua ponitur tercia veritas katho-
lica ista / quod vnus solus est deus verus Ex quo d. vnde
quod ista determinacio sit superflua quod nullus deus est nisi
sit verus ut arguit beatus hylarius contra arrium
qui ponebat patrem esse verum deum / filium dicebat
esse deum sed non verum / vnde dicit quod repugnat dei-
tati esse non veram cum de natura sua sit veritas
prima sicut obliquitas repugnat rectitudini / Ideo
pro istius declaracione est advertendum quod in sacra scriptura
hec nomen deus multipliciter capitur Nam primo capi-
tur proprie et precise et tunc importat genus In principio creavit
deus celum et terram et sic convenit vni soli deo
vero ut hic dicitur Secundo capitur ad apparenciam seu
proprie per participacionem iuxta illud psalmi Ego dixi dii estis
etc. Tercio capitur prelatiue et proprie autem iurisdictionis
Exodi 7o dixit dominus ad moysen Ecce constitui te deum
pharaonis Et sic ad corinthios 8o Sunt quidem dii
multi Quarto capitur proprie dignitatem seu proprie ho-
norem Exodi 22 dixit moyses diis non detrahes
id est prelatis Ergo prohibetur et principem populi
tui non maledices Quinto capitur proprie formam
sollicitudinem iuxta illud apostoli ad philippenses 3o Quorum
deus venter est Sexto capitur proprie hominum peruersorum
opinionem et sic simulacra et ydola dicuntur dii iuxta
id Exodi 32 Isti sunt dii tui israel qui eduxerunt
te de terra egypti De quibus eciam dicit apostolus ad Ro-
manos primo Mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in simili-
tudinem ymaginis corruptibilis hominis et volucrum
et quadrupedum et serpentum Septimo capitur
pro dyabolo seu demonibus in talibus ydolis residen-
tibus de quibus in psalmo Omnes dii gencium demonia
plures alie possent accepciones poni sed ille suf-
ficiant Vnde de eis habetur versus // Dat natura
deum dat gratia dat dominatus Esse deos error et
simulacra ratus Iustus homo fit deus angelus
et per alumnus Sunt ille malus deus est quem
vocatus Est quia solus primus modo quo accipit
deus verus homo in hoc articulo dicitur verus deus

ad differenciam aliorum qui sunt dii per salam inricupacionem
per aliquam similitudinem quam participant aliquid divi
num vel vel secundum falsam horum oppinionem Glosa tamen
dicit quod dixit verus deus ad differentiam planetarum
quos gentiles reputant deos quod falsum est ut patet
sapientie 13 ubi loquens de paganis dicit quod rectores
orbis terrarum deos putaverunt omnium falsitas patet
quia stella magos gentiles ad christum tamquam ad verum
deum et non ad planetas perduxit // Dicitur autem
deus latine Otheos grece secundum doctorem libro primo 12o numero
o i v z d parte prima habetur hoc nomen deus
theos autem sit metus quia metus et tremor est colentibus
talentibus eum Dicitur autem theos a theum quod
est timor vel fumus quia discurrit per omnia et fovet
vel ab tothim quod est ardere quia deus in ignibus
consumens omnem maliciam vel atheaste quod est
considerare vel videre quod omnia nuda et aperta sunt
oculis eius vel dicitur deus a do das dare
quia omnia alia bona sunt ab ipso vel dicitur a dili
go quia omnia diligit et nichil odit eorum Sapiencie
vel a defficiendo quod est per graecum quia ei nichil
deest etc.

Quarta veritas

Quod deus est eternus :

Sequitur eternus ubi tangitur 3a veritas
catholica seu theologica scilicet quod ille unus solus
et verus deus est eternus et ipse est primus et
novissimus Apocalipsis Et Alpha et O ibidem ultimo
primus et novissimus principium et finis Unde
est tamen hic notandum quod rerum permanentie et
durationes in multiplici possunt differentia ymaginari
Uno modo quod talis esse terminata a parte ante et a parte post
sicut est duratio rerum temporalium et generabilium
et corruptibilium ut patet 4o physicorum Alia que
esse terminata a parte ante non tamen a parte post sicut est
duratio Spirituum creatorum scilicet intellectualium et cor
porum celestium que non dicuntur perpetue quia
sine supernaturali actione dei non possunt desinere
esse Alia esse qua nec terminantur a parte post non

tionem a parte ante que non habet initium impossibilem quia
nulla talis de facto est possibilis tamen dici perpetua a parte
ante Alia autem esset que nec esset durata in ante nec
in post Et ista duratio potest ymaginari uno modo quod licet
non esset durata esset tamen transmutabilis et talem dura-
tionem seu permanenciam habet creatura que ab eterno deo
ab eterno fuisset producta et motum continuarentur ut
multi dixerunt fuisse possibile Alio modo quod talis duratio
non solum de facto esset interminata sed etiam simpliciter
intransmutabilis / prima duracio communiter vocatur tempus
Secunda evum Tercia non habet nomen speciale ut dictum est
Alia sed vocatur eternitas vel secundum alios eternum
est quod caret principio et fine // perpetuum quod tamen in tempore
incepit esse et caret fine Sempiternum quod cum in tempore
incipit et cum tempore desinit esse Temporale vero quod
in tempore incipit et in tempore desinit esse Angeli et
anime sunt perpetui Tempus et mundus sempiterna ho-
mines et eorum facta temporalia Solus vero deus
est eternitas et eternus Ulterius tamen est advertendum quod
eternitas capitur dupliciter Uno modo improprie et sic vocatur
duratio non habens principium neque finem Alio modo
capitur proprie Et sic secundum Boetium quinto de consola-
tione philosophie prout ultima est interminabilis vite
tota simul et perfecta possessio Quamvis autem eternitas
improprie dicta competere potuit creature non tamen
eternitas proprie dicta ut patet per verba Boetii Tracta libera
Et etiam patet ex descriptione eternitatis quia solus deus
totum esse simpliciter et secundum quid quod plura infinita
in est in esse potest habere simul perinaliter
quod nulli creature competere potest cum quelibet permutabilis
sit perfectibile ad esse aliquale vel aliquo modo quale
vel quale pervenire non habet sed subiicibilis est
preteritioni et futuritioni secundum esse essenciale
et accidentale Et ergo solus deus habet tantam
latitudinem essencie essencialis et accidentalis
sibi possibilem simul perfectissime Solus igitur deus habet
et habere potest interminabilis vite totam simul et perfectam

passionem et per quas solus verissime et proprissime dicitur
eternus / eo quod sic est intransibilis stabilitatis racione quantitatis
durative quando ideo est extra omnem terminum quantitatis inten-
sive quia simpliciter infinitus perfectione est extra omnem terminum
quantitatis extensive quia est nature simpliciter quo
ad situm immense et illimitate ut patebit Est de
mensura extra omnem terminum quantitatis discrete quo ad in-
finitatem racionum talium per fundo et intelligibi-
lium Iuxta illud psalmi Magnus dominus noster et magna
virtus eius et sapientie eius non est numerus Ipse
enim stabili racione quantitatis est simpliciter intransibilis ideo
ipse solus est et debet dici undiquaque infinitus
et plenarie magnus / quia secundum nullam racionem quan-
titatis est finitus sive magnitudinis et per quas solus
debet dici verius eternus Et licet in deo sit idem
eternitas et essencia Different tamen racione quia sic
eternitas presupponit essenciam seu divinam naturam
correspondendo quod terminum est et talis sit talis quantitatis
et mea est in essendo quod non potest non esse nec
patitur nec patet Quare una est eternitas trium
personarum divinarum licet una aliud illam
habeat quam altera quia pater illam a nullo habet sed per se
et ex se / filius autem a patre / et spiritus sanctus ab utroque
Ex quo patet quare eternitas licet sit essencialis pas-
sio essencie magis attribuitur patri quam filio et
spiritui sancto ut patet per beatum hylarium Et allegat
magister libro primo distinctione 31 capitulo 3o Ex quo consequenter patet
quod eternitas habet racionem instantis permanentis quia in rebus
que eternitate mensurantur sicut est ab inicio
processio quod in nullo modo potest reperiri successio
Tamen ergo est instans in eternitate ut nulla
plura in tunc et est intelligencie quia solum est unitas
instans permanentissimum et indivisibilium in quo pater
et filius et spiritus sanctus habent esse adequate Ex
illo igitur patet cui gerat eternitas proprie etc. sicut in

et ergo quid sit descriptive secundum boetium et deum est quod est interminabilis vite tota simul et perfecta possessio // Secundo diffiniamus plenarii intellectus est notandum quod secundum allexandrum de hallis in suo primo q. de immensitate et eternitatis dei hec particule nam ponuntur in racione ista quia in quibusdam rebus est stabilitas semper ad quarum differenciam ponitur interminabilis in quibusdam vero est interminabilitas essencie sed non vite ut in corporibus celestibus ad quorum differenciam additur vite in quibusdam est interminabilitas vite sed cum miseria et infelicitate ut in dampnatis ad quorum differenciam additur perfecta possessio sed non tota simul ut in beatis cum in dictum quasi beatitudo solum est secundum eum ad quorum differenciam additur tota Sed econtra in quibusdam est interminabilis vite tota simul possessio sed non perfecta eo modo quo dicit perfectum nullo indigens ut in angelis et hominibus beatis post iudicium ad quorum differenciam additur perfecta etc. Unde ergo hic solus deus dicitur eternus quia ipse solus est sibi ipsi sufficientissimus absque indigentia etc. Contra quod est contra errorem hereticorum qui in deitate prius et posterius posuerunt etc. vel q. ultra etc. Item contra valentinianos dicentes deum habuisse inicium temporis Et contra arrianos dicentes filium non esse eternum vel secundum glo. Deus dicitur eternus quod in dei nec mensuras passionum ponere nec tempore diffinire de pe. di. j. aqul tephat 26 q 6 sed qui etc Quinta ueritas

Quod deus est immensus —

Nunc sequitur immensus Ista est quinta particula prime partis principalis in qua ponitur quinta ueritas catholica scilicet ista quod deus est immensus id est sine mensura magnus Illud satis patet ex dictis quia ipse secundum omnem racionem intensive extensive et discrete est interminabilis Inpraesenciarum per immensitatem intelligo eius infinitatem interminabilitatem et illimitacionem quo ad

Interminabilitas est 3 interminabilis vite possessio

Interminabilis vite tota possessio [illegible] quem [illegible] tota simul [illegible] totaliter [illegible] post [illegible] gaudiorum ad quorum differenciam ponitur perfecta

situm et locabilitatem et propter illimitacionem cum inmodica
et immensibilitatem sui in essendo nec non cum
sicut si aliquis est per essenciam potenciam et presenciam presens
est iuxta illud Jeremie 23. Celum et terram ego impleo
Et Sapiencie 8° attingit a fine usque ad finem fortiter etc.
Et item libri 1° capitulo Spiritus domini replevit orbem
terrarum etc. Et multe alie sunt adhuc superius
auctoritates et scripture doctorum quarum aliquas tangit
Magister libro primo distinctione 37. Hec est alia racio probant-
ium quod oportet movens simul esse cum moto omnis autem
creatura in esse fieri et conservari immediate dependet
a deo ut patet per doctores omnes igitur necessario sic ta-
men est deus est cum ea tamen quia ut dicit sanctus Tho-
mas prima parte questione 8 articulo 1° Oportet omne
agens coniungi ei in quod agit immediate et sua virtute
illud contingere unde 7° phisicorum probatur quod movens
et motum oportet esse simul Si dicitur tamen celum est
causa horum inferiorum ut patet 1° metheororum et tamen
non est simul cum eis Dicitur quod non est simile
sicut aliquas consequenter spirituali quod est deus et
consequenter corporali ut celum ut patebit sta-
tim. Vel sufficit dicere quod deus simul cum celo ex
istens causat illa inferiora per influenciam a celo
immediate, quia queritur de ista influencia vel ea
producitur in aliquo subiecto presupposito vel non Non
potest dici secundum, quia tunc celum creative produceret
istam influenciam quod est impossibile vel saltem falsum
ut supponitur Nec potest dici primum contra illos quia
tunc tale subiectum in quo producitur non conservatur
a deo et a celo immediate ista influencia cum ipsa
tale subiectum presupponat Alii dicunt alii ut in 1° di-
stinctione 37a, quod non oportet agens seu movens esse simul
cum moto et potissime agens illimitatum et i-
mensum saltem nec illud quod est solum 2a virtute
eminenciale prime potest formare subiectum eius
domina a se distante quia per contiguacionem in distans

mae quibus solum transmutet eam per qualitates que
sunt longe minores per sermonis ipsa forma educendo
nichilominus nature huius illis magis quam igni inferiori
subordinantur educit formam substantialem / vide in
2a meteororum conclusione igni. Et sic ignis educit formam
de materia straminis distantis a lapide absque hoc quod natura
eius in ignem transeat. Et sic caliditas potest producere
caliditatem impassum distantis absque hoc quod
producat aliquid in medio. Et sic patet per ps in casu quo
in speculo medio conveniret simul species frigiditatis
eque intensa cum specie caliditatis. Et sic per patrem illud specta
tur in esse. Item de facto multi credunt quod humani
tas Christi vel eius alia benedicta ex speciali privi
legio effective concurrat ad omnem effectum gra
tuitum hic in mundo et certum est quod non est omnibus
illis presens. Patet igitur quod creatura potest agere et de
facto forte agit in distans absque hoc quod agat
in medio. Quare ergo deus qui est agens
solum per intellectum et voluntatem infinite vigoris
ex hoc quod agit vel conservat aliquid rem est presens
quomodo requiritur quod ratio agendi eius vel alicuius certo modo exigat
presentialitatem essentialem actiorum. Ex isto infero
contra quosdam quod non est convincibile via lumine naturali
deum esse ubique ex hoc quod aliqua ab ipso in esse
et fieri dependent. Et sic patet ex dictis et in materia te
dicendis. Est ergo solum fide creditum sicut
et ipse est simpliciter in mensuris. Dicunt ergo alii doc
tores ut Gbh. de Ri. quod si per impossibile divina
essentia non esset causata adhuc esset localiter in
mensa / quia adhuc non minus esset conversio in mensa
quia eius quantitatem essendi prout presens eius in
mensuris quantitatis et per similiter quod taliter secundum modum
loquendi illius doctoris. Item si per impossibile non
esset talis adhuc non minus esset in mensis diceretur
igitur et localiter. Et sic Consequenter dicunt illi quod
si per impossibile deus esset in mensuris taliter et localiter
nullum divinum agere videtur eum presentem tamen

actionis ex hac parte localis vel reali probatur quia
ad hoc quod effectus fluat ab aliqua causa solum
sufficit quod effectus contineatur virtualiter et talis
in tali causa igitur ubi distancia non remittit
actionem agentis eque effectum potest agere distans sicut
immediate a causa Sed nulla distancia finita potest
remittere agere in infinitum agentis primi igitur agens
primum eque continet talem effectum distantem
quam licet sit immediatum Ex istis igitur patet aliqualiter
quare deus dicatur immensus in essendo lo-
caliter quia nunquam sibi est aliquis locus vel creatura
illi presenciam est prius Sed numquam debet concedi
quod ipse est in spacio ymaginario infinito extra celum
Sed apparet multis ut Bradwardino et sequentibus suis quod
non Alii vero dicunt quod sic ut Bungedin et sui
sequaces libro 1° c. 4° unde dicit ibi quod licet
posset esse vacuum actu non tamen a deo Et hoc
probat ex multis rationibus Prima quia sequeretur quod deus
esset mutabilis vel quod deus non posset creaturam
universum movere simul motu recto quod est articulus
condempnatus parisius Quarta deus prius natura est
mobilibus creaturis situ quam ipsa creatura Quarta per-
fectissime esse in aliquo situ quam ipsa creatura Quinta
perfectius est esse in aliquo situ simul quam in uno
tantum patet quia spiritus qui hoc potest perfectior est
igitur hoc convenit deo et non creaturae
ut narrat in [illegible] Concordat cum illo
Magister Io. de Ri. in 1° di. 37 ar. 1° ubi ad
hoc plures adducit rationes et opposita opiniones
omnino fallaciter reputat Hermannus pe. de thars libro
1° di. 37 Deum esse extra mundum potest intelligi
dupliciter uno modo per indistanciam situs vel inde-
pendenciam vel indeterminacionem sine extensione
immensitatis primo modo deus non est extra aliquam rem
vel locum Secundo est extra omnem rem creatam
que a nullo dependet Ex quo patet quod deus non di-

esse et mundum posicione sed privative quia intra mun-
dum non concluditur. Sicut dicitur esse ante mun-
dum non positive sed privative prout privat omne
tempus et ponit ante eternitatem. Quidam etiam
magistrinus doctor videlicet Henricus de Hassia in ultima
parte lecture sue super genesim dicit quod conveniens
concedi potest quod si deus sit in vacuo ymaginario
extra celum quod sibi racione eiusdem illimitacionis est proprium
quod ubicumque aliquid fieret ibi sine sui mutacione
vere et realiter esset. Et congrue dicitur quod nos sit
ubi si aliquid poneretur ibi sine sua mutacione
vere et realiter esset. Et eodem modo potest concedi secundum
eum quod deus est in omni tempore actuali et possibili.
Ex hoc igitur dominus deus potest dici infinite magnus
et infinite magnitudinis extensive methaphorice
et improprie. Est enim inextensibiliter et individue
separabiliter infinite extensus quia totus plene
secundum predictos doctores coexistit infinite
extensioni ymaginarie. Concordat quod potest dici i-
mensus id est non mensus et metum superat
quia non potest per aliquod ipsius plenitudo circumdans
circumscribi. Et hoc est contra quosdam heréti-
cos Antropomorphitas qui quasi mensurat deum
mensura membrorum figurarum sculptilis
et contra saduceos qui negabant deum esse. Sed
ponebat ipsum corporaliter partibus metiri.

Quod deus est incommutabilis 6ta veritas

Nunc sequitur incommutabilis. Et est sexta
conclusio prime partis principalis in qua
ponitur 6ta veritas theologica scilicet ista quod solus deus
verus est incommutabilis. Ista veritas patet ex
quarta quia de racione veri eterni est incommutabili-
tas quia quicquid enim est mutabile hoc non habet totum
esse suum simul ut declaratum est. Item illud patet
Numeri 23 ubi dicitur Non est deus ut homo
ut menciatur nec quasi filius ut mutetur. Item
Malachie 3o dicit dominus Ego dominus et non mutor

Et Jacobi p° Apud quem non est transmutatio nec
Sz q hoc solo sibi conveniat patz satis ex dictis
superius Et p° ad thy ultimo Omni soly habet in
mortalitatem et p ons i mutabilitatem q
omnis mutatio secundum Augustinum est q mortalitas sic
nec pt mutari sbaliter nec accidentaliter ut pz
inductive in singulis speciebus mutationis acci-
talis vel subalis Non enim pot maior esse
nec desinere nec augmentari nec diminui ut
aliquis argumentum nec deperdere et sic de alijs ut faci
posset probari Et tamen pz ex dictis Nec pot locali mand
vel mutari q similiter pz ex dictis Ite alias non
esset infinite pfectus ut quiquid est pfectionis simpliciter
sibi conveniret et p ons nec esset deus Sed contra
illa oppono primo q in principio creavit deus celum et
terram Genesis primo non pot autem intelligi q tunc
transiverit de actione ad operationem sine aliqua sui mu-
tatione i Secundo nullus pot penitere deo q vo-
luntarie facit sine sui mutatione cum aliter sit vo-
lens prius et posterius Sed deus penituit q homi
fecisset ppter eius maliciam ut pz Genesis 6. i Tertio
deus mutavit sniam quam dederat i aliis pz p°
Regum 2° ubi legitur ppter peccatum heli dixisse locutus
sum q tu et domus patris tui ministrarent michi
in sempiternum Nunc autem hoc absit a me i
quo mutavit promissum Quarto deus revocavit
sniam mortis q tulerat contra Ezechiam ppter ora-
tionem et lacrimas ut habetur ysay 38. Ad primum
respondetur q sicut aperta fenestra sol incipit
illuminare domum sine ulla sui mutatione sed
facta mutatione in sola domo Ita deus in
cepit creare p solam mutationem creature Non enim
produxit creaturas p novam voluntatem sed p voli
tionem qua ab eterno voluit eos producere et sic
transitus ille de otio ad opus non erat in deo
formaliter sed solum extra ea de novitatione in effectu
Sic tamen deus sit me iam sedere Et ante hoc
sciunt me non sedere ppter solam mutationem meam

quia deum scire deum facere sunt denominationes [denotacione] extrinsece
non ex qualitate seu condicione propria divine nature ex
parte Sed ex habitudine mutabilis et mutate nature
ad deum contracte Ad secundum dicendum quod illud penitere
niteri deum est exponendum secundum regulam [quartam] ytanij
quam ponit beatus augustinus 2° de trinitate et in 3°
de doctrina xpiana propter sermonem in qua illa que deo
attribuuntur formaliter sunt effective exponenda
Ideo si dicitur deus penituisse quia fecit sicut homo
penitens de suo opere quod destruit Cum ergo propter lesionem
in scriptura dicitur iratus non quidem formaliter sed propter effectus
quia punit et tunc placatus quia parcit Ad 3am dicendum
quod quia illa permissio fuit condicionata saltem impli
cite non fuit simpliciter revocata sed non manente
condicione fuit frustrata sine ulla permittentis mu
tacione sicut ergo sic in Ninivitis ut in determinandi
cionibus apparet et que ibi notantur Ad quartam
dicendum quod deus potest mutare suam sententiam sicut
et frequenter legitur mutasse 22 q. 1 [...] scilicet
in fine Et hoc sine ulla sui mutacione Sicut
cum nos per eandem potenciam volitivam possimus
velle opposita successive sic ergo deus per eundem
actum sola mutacione in obiecto volito Et hec et
et aliqua premissa satis pulchre et sufficienter
tanguntur in concilio tolletano et pannonie 22 q.
1 Immutabilis patet igitur quod illa non concludunt
contra dei immutabilitatem Contra quod sunt heretici
tici illi qui dicunt fatigatum quievisse die
7° Genesis 2° Et contra platonicos qui posuerunt
non solum immutabile sed eciam plura alia scilicet
ydeas quas immutabiles fatebantur sicut et
deum ut patet per ambrosium in Exameron 1a ueritas

Quod deus est omnipotens

Nunc sequitur Omnipotens Ubi tangitur
septima veritas scilicet illa quod unus solus deus
est omnipotens quod est contra errorem physicorum ponen
cium deum agere de necessitate nature ad extra et

non contradictorie liberi et per quod in tali nichil posse
facere nisi quod actualiter facit Nec de hiis que facit posse
quitquam permittere quod est manifeste falsum et grande
scisma Item contra Albigenses negantes dei omni
potentiam Unde exodi 20. dicitur omnipotens no
ciuus capitulo 14. Et capitulo 1o dicitur omnia possibilia sunt
apud deum Item capitulo 14. filius dicit ad patrem pater
omnia possibilia sunt tibi Et luce 1o Non est impossibile
apud deum omne verbum Ricardus in capitulo 17o
et 16 capitulis Hoc idem probat Richardus de sancto
victore in libro de trinitate Sic deus est quo
maius excogitari non potest nunquam autem est omnipotens
hic quod potentia sua aliquid deest de plenitudine
potentie id est Immo nunquam bono vel perfecto vel
animo deest cuius adiectione melioratum posset quod
adiectione non indiget plenitudo etc. q. 1. Dicitur
Sed contra illa opponitur quod si sit vel dicatur omnipotens
quia potest omne producibile producere et hoc non quia
tunc filius in divinis filius et spiritus sanctus non essent
omnipotentes ut patet Vel ideo dicatur omnipotens quod potest ac
possibile sibi facere et hoc sit non, quia non sit peccatum
tatum facere quod tamen possibile est sibi vel ideo quia
potest omne possibile alios sibi facere / hoc est non / quia
si sic hoc esset omnipotens tunc ego et quelibet alia
creatura esset omnipotens ut patet in tercio Vel ideo
quia nichil potest nisi quod debet decet suam boni
tatem et hoc non quia alias quilibet beatus
esset omnipotens qui non potest facere nisi quod decet eum
facere Vel ideo quia quicquid vult / ut videtur velle
Beatus Augustinus in Enchiridion et hoc etiam non est
ratione quia tunc beati etiam essent omnipotentes Nec
etiam propter quod aliud deus dicitur omnipotens Igitur
videtur quod non sit omnipotens // Pro isto est advertendum
quod deus non dicitur omnipotens quod habet in se omnem
potentiam quod non habet potentiam passivam cum sit
impassibilis ut patet ex dictis Nec ideo quod in se forma
habet omnem potentiam activam / quia potentiam modo activam
in se non habet formaliter sed ydemptice sed quod habet potentiam
sed quia

Immensam et infinitam omnem potentiam aliam actiua
virtualiter eminenter continentem Tunc ad articulum quod pertinet
racionem omnipotencie de qua dubitatur si sint due sententie
affirmati quod ut tactum est in articulo Dicitur ergo sufficienter
quod tam sufficit in posse facere omne possibile fieri
per formam non excludens quod additur propter peccatum quod
deus non potest peccare Similiter propter alias denomina-
tiones deo repugnantes quia non potest currere
non potest comedere quod talia cum in forma includunt
videlicet operacionem ex organis in fieri et motum orga-
narum Sed videtur quod hoc non opporteat addi
quia dum deus sufficienter articulum complet ex hoc quod
omne possibile fieri ipse potest producere seu quod omnem
entitatem que potest fieri et qualitercumque positiue
est factibilis illam et taliter potest facere licet de malis
positiuis tenentibus se ex parte producibilis Ex quo
non sequitur quod ipse possit peccare tunc ipse de
facto ad omnem actum quemcumque difformem
concurrit effectiue et nullum dubium est et tamen non
peccat Sic etiam actum currendi actum comedendi
et consimiles potest producere et de facto producit non
tamen propter hoc denominatur currens uel comedens
quia ipse non producit tales actus mediantibus
suis instrumentis naturalibus et organis requisitis
que tales denominationes formaliter importunt
hoc enim dicit posse mixtum ex actiuo et passiuo
Quidquid autem est in posse actiue hoc potest deus
Sic etiam licet deus peccatum faciat non tamen peccat
quia non difformiter producit sed tantum / propter quod etiam
aliqui negant illam deus facit peccatum quod consequenter
li peccatum supponit illi verbo et postponendo ut patet
alias in simili etiam Sub compendio ergo dici non comp-
rehenditur posse peccare quod hoc est posse deficere
et per quod non est aliquod posse sed magis ad non
posse de predicta distinctione 2a Cadens in fine distinctionis patet
etiam ex dictis quod impossibilia non continentur sub dicto
articulo quia deus dicitur posse omnia et quod non est possibile

// 2m non potest facere
impossibilia ut quod
preteritum non fuerit preteritum

aliquem defectum in divina compositione quod est ex parte
rei cum repugnat existentia. Cum illo paris concordat sanctus Thomas in prima parte questione iiia articulo 3o. Octava veritas

Quod deus est incomprehensibilis et ineffabilis

Sequitur incomprehensibilis et ineffabilis. Ista est octava particula et ultima prime partis principalis in qua modo ponitur secunda veritas catholica scilicet illa quod solus deus est incomprehensibilis et ineffabilis. Illa veritas patet Ieremie 32 ubi de deo dicitur magnus consilio et incomprehensibilis cogitatu. Et beatus Hylarius in libro de trinitate: Sermonis inquit mei angustia divina que sunt incomprehensibilia explicare non potest. Damascenus quoque dicit: infinitus est deus et incomprehensibilis. Idem beatus Augustinus in plurimis locis. Hoc enim est causa quia nullus actu creato quod infinitum non potest comprehendere infinitum. Cum ergo intellectus humanus sit finitus et divina essentia infinita patet propositum. Et hoc est contra errorem begardorum dicentium animam per suam naturam posse devenire in perfectam notitiam divinam ut patet 7o de trinitate beati Augustini. Sed tamen oppono primo auctoritatem apostoli ad Philippenses 3o dicentis: Sequor autem si quomodo comprehendam. Non autem frustra sequeretur. Dicit enim primo Corinthiorum 9o: Sic currite ut comprehendatis. Secundo illud comprehenditur secundum beatum Augustinum in libro de videndo deum ad Paulinam quod ita totum videtur quod nihil eius lateat videntem. Sed sic de facto videtur deus a beatis quod nihil eius lateat eos cum ipse sit simplex in se. Unde est dicendum quod comprehendi dupliciter accipitur. Primo illorum salvatoris est advertendum quod illud dicitur comprehendi proprie quod perfecte cognoscitur perfecte autem cognoscitur quod tantum cognoscitur quantum ipsum cognoscibile est. Cum igitur deus omnino cognoscibilis sit infinitus et immensus nec aliquis in quantitate ut deus est sequitur quod ipse infinite sit

cognoscibilis per quos incomprehensibilis creatura cum omnis
creatura que esset infinite cognoscibilitatis sicut conce-
dunt aliqui de anima xpi quod videat de facto omnia
que videt deus tamen adhuc divinam essentiam minime com-
prehendet cum ipsam non ita perfecte cognoscit sicut est
cognoscibilis Et sicut intellectus divinus ipsum cog-
noscit quod non ita clare limpide et perfectione ut patet
per magistrum libro 3. di. 14 capitulo 2° Alio modo comprehensio
sumitur large scilicet quod apponitur insecucioni qua
quis attingit aliquid quod iam tenet ipsum / comprehen-
dere dicitur Et sic deus comprehenditur a beatis Et sic
intelligitur auctoritas apostoli de comprehensione et ista est
una de tribus dotibus anime correspondens spei sicut
visio fidei et fruicio caritati et sic patet solucio primi
Ad secundam dicitur quod deus non potest hoc dicitur est
incomprehensibilis / quod aliquo modo cuius sit quod videatur et aliquo modo
non videatur Patet quia non ita perfecte videtur sicut
visibilis est patet igitur ex dictis quod sicut nullus infi-
nitum potest a finito concludi Ita nec deus potest in-
cludi ab aliqua creata in re [illegible] cognicionis
nec etiam ab alia creatura quacumque modo essendi
incluso Deus igitur non potest a creatura comprehendi
intellectualiter et abstractive nec realiter et entitative
Dico videlicet quod aliqua creatura vel aliquae creature
ipsum circumdarent / quibus tamen ipse per essentiam non
esset plus sicut unum comprehenditur et concluditur corpore
hoc autem nulle creature competere potest
ut patet ex dictis Et ideo merito ipse solus incomprehensibilis
dicitur et immensus Dico ergo non potest perfecte a
creatura cognosci sapientum causa quod omnis dignitas
excellenciam quia et perfectio non possit a creatura to-
taliter exprimi Et per quos congrue ineffabilis appellatur
cum scilicet per [illegible] primum Et sicut solus deus
incomprehensibilis se cognoscit Ita etiam solus deus
potest comprehendendo verbum ad intra plene et sufficienter
et intellectualiter gignere ipsum et omnem perfectionem suam
ad intra dicit et exprimit totaliter et perfecte Sequitur
textus Prima veritas secunde partis 3

Quod in divinis sunt tres persone

Pater et filius et spiritus sanctus tres quidem per-
sone sunt sed una essentia substantia seu natura
simplex omnino pater a nullo / filius a patre solo
et spiritus sanctus pariter ab utroque absque initio semper
sine fine pater generans filius nascens / et spiritus sanctus
procedens consubstantiales et coequales et coomnipotentes
et coeterni / Ista est sententia principalis illius
capituli secundum divisionem primam supra positam Circa quam
consequenter agitur de misterio beatissime trinitatis
Et pars illa potest dividi in octo partes secundum octo
veritates catholicas quas hic compendium sube-
lestis catholice introducit partes patebunt in processu
Prima veritas est quod in divinis sunt tres persone
scilicet pater et filius et spiritus sanctus Et illud est contra
errorem Sabellianorum Neotianorum qui posuerunt
tantum unam personam in divinis sola nominum diversitate
distincta Et tangit beatus Augustinus super Genesim originem huius
seu contra Judeos et Sarracenos nega-
tes trinitatem personarum Circa illam verita-
tem est primo notandum quod persona importat
suppositum nature rationalis Et ergo Boecius sic describit
personam Persona est rationalis nature individua substantia
volens per individuam substantiam intelligere suppositum
substantiale et per naturam rationalem naturam intellectualem
Richardus autem libro 4o de trinitate capitulo 2o sic diffinit
persona est intellectualis nature incommunicabilis existentia
et per incommunicabilitatem existentiam intelligitur omne
illud quod non communicatur alteri nec est generale tamquam
species nec tamquam constituens per se unum nec sicut
actus nec sicut sustentificato Et sic idem est dicere
incommunicabilis existentia et suppositum Et nomen persona
repitur in divinis quia in natura intellectuali
et modo per se existendi excellentissime invenitur
Hec autem veritas altissima multiplici firmatur
valida veritatis testimonio quorum primum sumitur
ex veteri testamento in quo multifarie tacite insinua-
tur et rerum figuris divine trinitatis ineffabile

Persona

misterium occulte designatur in quibus adhuc velut in
tenebris detinentur Iudei infideles. Secundum testimonium
universale sumitur ex novo testamento in quo non iam in
figuris aut in enigmate sed ad litteram clare scripta hec
veritas in multis capitulis ut patet per Magistrum libro 1 distinctione 2a //
Tertium testimonium sumitur a posteriori ex mirificis effecti-
bus fidei de sancta trinitate in qua fide sancti
plurima fecerunt mirabilia. Si igitur deus non esset
trinus et unus christiani in hac absurdissime er-
rarent et deum suum blasphemarent et per quos non
esset verisimile quod deus summe patiens et bonus
immortalibus tali errore infectis mirabilia fieri
permitteret in firmamentum talis erroris. Quartum testimonium
sumitur ex gentilium scriptis philosophorum, Sibillarum
et poetarum qui videntur innati aut illustrati
de misterio trinitatis tamen sic non videntur sicut
posset declarari per allegationes sed dimitto causa bre-
vitatis. Quintum testimonium sumitur ex universis creaturis
que idem clamant audientibus nisi ymaginem
et multiplex vestigium trinitatis benedicte ut patet per Magistrum
libro 1° distinctione 3a. Sive ex dictis sanctorum aut ex utrisque
debet testimonio beatus Augustinus et venerabilis Richardus de
sancto Victore multa dixerunt unde quod in divi-
nis sit pluralitas et personarum trinitas seu quod ibi sint
plures persone et tres. Tres declarat pulchre idem
Richardus libro 3 de trinitate capitulo 2a et 3 pluribus [illegible]-
tibus. Et quia verba sua sunt longa ideo illa re-
ducam ad breviora. Sic arguendo: ubicumque est
summa caritas, summa iocunditas et summa bonitas
ibi est aliquorum pluralitas. Sed ubicumque
est summa felicitas ibi est summa caritas perfecta
iocunditas et omnis bonitas. Igitur ubicumque
est summa felicitas ibi est aliquorum pluralitas.
Cum igitur in suprema persona sit summa felicitas
sequitur quod ibi sit aliquorum pluralitas. Quod tamen
et maior probatur quia ubi est amor ad alterum
ibi necessario sunt plures. Sed ubi est caritas sal-
tem perfecta ibi amor est ad alterum cum talis

amor non sit privatus / quia privatus amor non est
perfectus ut dicit Ricardus igitur ubi est caritas ibi plu-
ralitas Consimiliter ubi sanctitas ibi pluralitas Consimiliter
ubi creatio ibi pluralitas Item ubi bonitas est communicatio
sui bonum enim ipsum sit diffusivum igitur ubi boni-
tas ibi pluralitas et per consequens maior vera Minor vero
patet ubi summa felicitas reperitur declaratur Quoniam ubi est
malum odium et tristitia ibi miseria igitur si oppo-
situm de opposito et propositum de proposito et per consequens ubi
summa felicitas ibi caritas et per consequens minor vera consequentia
per se patet Secundo arguitur sic ad idem ex intencione
dicti doctoris ubicumque est summa fecunditas ibi est
aliquorum pluralitas Item ubicumque est summa perfectio
ibi est summa fecunditas in creaturis Cum igitur in supre-
ma essentia sit summa perfectio sequitur quod ibi sit plura-
litas aliquorum quantum et ad maiorem patet Item minor declaratur / quod
ubi est summa perfectio ibi est omnis denominatio perfec-
tionis simpliciter patet per oppositum quia et maior patet per destruc-
tionem perfectionis simpliciter Cum igitur fecunditas sit de-
nominatio perfectionis simpliciter patet per oppositum quia et maior
patet Minor patet per destructionem perfectionis simpliciter quod cuicumque
competit melius est ipsum quam non ipsum Sed constat
quod pluralitas que fecunditati apposita est sed denominatio
imperfectionis igitur fecunditas est denominatio
perfectionis De qua dicitur Ysaie ultimo Ego qui genera-
tionem aliis tribuo sterilis ero quod dicit nullo modo Ex
quibus patet quod in divinis est aliquorum pluralitas
et non nisi personarum ut passim probari sed dimitto
brevitatis gratia Quod autem tres sint et non plures pro-
batur quod adducit idem doctor per longum passim tamen
nunc. Quantum sufficit pro nunc patet illa ratio assignando
quare non sint plures quam tres quia est natura quod
repugnat sue essentie esse in pluribus suppositis
quam duobus producentibus uno per generationem et alio per spira-
tionem quorum utrumque tamen completa productione pro-
ductum est quod repugnantiam includit aliam pro-
ductionem plenam aliam causa ad intra esse in divi-
nis Et ideo tota productibilitas ad intra perfecte est

in illis duobus suppositis Et quia in diuinis est pro duas
supposita veniente a supposito veniente in ydemp-
titate non solum specie sed eciam in mali nec pro generacionem
que est apud nos Ideo vero ista nomina mediante illius
racione similitudinis transsumpta sunt ad personas di-
uinas Et quia in diuinis nullus est sexus Ideo dign-
fuit ut a sexu digniori ad personas dignissimas
nomina transferantur Unde est quod persona producens in
diuinis dicitur pater et non mater persona vero ab illa
producta dicitur filius et non filia / Sanctus Tho. in prima parte
q. 33 ar. 2o in solucione 1i dicit quod nomina primo
in diuinis sunt alia nomina quibus dicuntur deitas qua
creaturis quod ad rem significatam licet non quantum ad modum
significandi qui ex consideratione creaturarum attribuitur Unde
ad Ephe. 3o flecto genua mea ad patrem domini
nostri Ihesu Christi ex quo omnis paternitas in celo et in
terra nominatur Quare autem spiritus sanctus dicatur
sic patet alibi ubi de hac dixi et quia nunc gratia
breuitatis hoc omitto Sequitur textus // Ea veritas
Que una est essencia et natura simplex omnino
Una essencia substantia seu natura simplex omnino singula
ponit secundam notationem theologorum Nam ex quo
iam dictum est quod in diuinis sunt tres persone pos-
set aliquis suspicari quod eadem essencia in numero non
esset in personis diuinis sed pars eius esset in una
et alia pars in alia filius et in alia spiritus sanctus
Ex hiis tribus secundum eos completur deus Vel quod
ibi non esset summa simplicitas cum pluralitas
summe simplicitati videatur repugnare Hanc falsam
opinionem excludit dominus similiter quod essencia diuina
seu natura unica subsistunt in redemptione tres
persone est omnino et summe simplex Aliud similiter
patet ex dictis ut dicit sanctus Tho. in prima parte q. 10 ar.
2o Ideo etiam hoc consequitur immutabilitatem Et
quod pluralis aliter capitur apud nos et aliter apud gre-
cos Nam apud grecos capitur pro ypostasi vel per-
sona vel re nature Apud nos vero capitur pro essencia

vel natura vel ille igitur hoc est occasio erroris dicentis sub(stanti)a vel materia. Est tamen notandum quod multiplex est compositio secundum glo(ssam). Et videtur quod glo(ssa) non bene dicat in alio dicitur. Nam est compositio ex partibus diversarum rerum sicut in substantiis compositis ex materia et forma seu actu et potentia et ista vocatur compositio ex partibus essentialibus. Alia modo est compositio ex partibus quantitatis quantitativis seu integralibus eiusdem rerum et sic celum secundum intelligentia forma specialis ex eius et materia prima dicitur composite. Alia est compositio ex subiecto et forma perficiente ipsum et isto modo componitur accidens intellectiva cum sua. Licet enim substantia non faciat unum cum accidens secundum quorum verum tamen per se faciat cum. Et iste modus est requirendus in anima. Quarto est compositio secundum aliquas intentiones in aliud quod eo tempore vel materia aquo dependet in esse et homo omnia entia mundi citra deum sunt composita in communi indivisibilia eo quod omnibus a deo datum est esse et unum primo celi. Et ab eo dependet aliud et tota materia. 12 metaphysice. Aliqui navis pluribus intelligentiis motricibus orbium non ponat compositas esse aliquo predicto modo non tamen dicit ipsas esse ita simplices cum causa prima. Et ita vero libro primo de causa in qualibet tractatu ponit compositionem ex actu et potentia quia quolibet deficit ab actu purissimo non tamen est composita ex ea et in nullo aut illorum modorum deus est aut potest esse compositus. Nam non primis duobus modis ut probatur patet et in naturali lumine quia infinite perfectam repugnat habere extensionem quia tunc non esset ubique etc. Et tamen nemo deo convenit. Et tunc non esset simpliciter primum cum partes naturaliter priores sint toto. Item ut convenit potest probari compositio 3o cum sit actus purissimus et per quos nec 4o cum sibi ipso sit perfectissimum. Et hoc est contra Antropomorphitas dogmatibus etc. dictum est supra qui dicunt deum humana membra habere. Unde Antropos grece

Antropomorphite

Idem est quod hama latine et morphos quod est forma
quasi formam humanam deo attribuentes. Et contra Ter
tullianistas qui dicunt deum esse corporeum contra
illos dicitur Jo(hannis) 4º Spiritus est deus et luce ultimo
Spiritus carnem et ossa non habet. Similiter et contra
abbatem Joachim qui ponit essentiam in personis
non simplicem sed multiplicem quia non ponit ibi
unitatem simpliciter dictam sed collectivam ut patet in
extra de summa trinitate c. damnamus. Secundo possent aliqui dicere
si tres personae sint unius naturae simplicis quomodo ergo
distinguuntur. Ideo adhuc respondens subdit veritas

Quod pater a nullo est filius a patre et spiritus sanctus ab utroque

Pater a nullo filius a patre et spiritus sanctus procedit
ab utroque absque initio et absque fine. Hic
incipit 3a particula 2e partis principalis in qua ponitur
catholica veritas scilicet ista quod pater in divinis a nullo
est filius vero a solo patre et spiritus sanctus est ab utroque
scilicet patre et filio ab initio semper et sine fine.
Et hoc est contra errorem illorum hebreorum qui
posuerunt spiritum sanctum esse quasi uxorem patris ad pro
ducendum filium ut dicit Aug(ustinus) In de civitate
quorum errorem non abhorret ibi ex inmunditia cum talia
in spiritualibus carnaliter cogitentur quod filius nulla
tenus procedat a spiritu sancto. Hec autem christiana
veritas patet per athanasium in symbolo dicentem
Pater a nullo est factus nec creatus nec geni
tus. Filius a patre solo non factus nec creatus
nec genitus sed procedens. Ista autem origo 4or
modis potest declarari primo quod exemplo grammaticali 2o
logicali 3o a naturali 4to theologicali. Primo modo declara
tur exemplo grammaticali quia in grammatica prima per
sona de se loquitur et a nulla alia oritur.
Secunda ad quam prima loquitur quasi ipsam esse
in tali esse personali producit. Tertia vero persona fit
prima in prima et secunda et ambe ipsam in tali
personalitate producunt secundum artem donati. Secundo
idem ostenditur exemplo logicali quia ibi in demonstratione

potissima a^{or} sit est per se nota quod a nulla notifi
tatur Secunda vero aliquomodo a a^{ma} pullulat eo
sub ea accipiuntur et quia originatur ab utraque
parte ante lib Tertio declaratur idem exemplariter ubi
forma naturalis oritur a materia tamquam a radi
ce que est ingenita et comparatum simul resultat
ab utroque ut declaratum in libro de ante lib Sed ei
Ut autem est declaratur exemplo theologico quod sic patet
genes 2° et 9^a Adam a nullo fuit citra deum
Eua autem ab uno solo scilicet de latere viri Abel
vero ab utroque et illam similitudinem tangit deum
Quod autem dicitur in hac veritate de personarum
processione quod ipsa fuit absque initio et sine fine
patet quia ille persone sunt eterne ut dicitur
in sequentibus Et etiam patet quia ut dicit Athanasius
in hac trinitate nichil prius aut posterius etc
possibile enim aliquis credere quod filius in divinis gene
ratio alto tempore incepisset et in alio tempore
terminaretur sicut videmus in generationibus natu
ralium Et secundo de spiritu sancto processione Quod
ad hoc excludendum hic dicitur absque initio
semper ac sine fine etc Causa ibi nichil est prius
aut posterius Adimus tempore aut duratione Ubi
advertendum quod est multiplex prioritas scilicet secundum
naturam causalitatem duratam dignitatem sive
perfectiorem talitatem Et secundum largum Quarum
nulla ponitur in divinis nisi prioritas tali
tatis large dicta ratione quorundam Est etiam adhuc
prioritas ratione aliquas originis et prioritas aucto
ritatis que etiam secundum aliquos ibi ponitur sed
de istis nunc est ad propositum quia solum prioritas
durationis hic a personis videtur excludi Quod
autem ista sit ibi quadrupliciter exemplo patet de
clarari Secundum est in actu illuminandi ut secundum Augustinum
8 de trinitate Splendor ignis ab ipso genitus
est igni coeternus et fuisset ab eterno si ignis ab eterno

Similitudo de Ihesu in trinitate

fuiss ita eciam in eodem instanti quo fuit eratus sol p
duxit radium suum exple m ne sic ut dicit dyanis9
inde diuinis nominibus ca° 4° Tercium exemplum in
actu inspiciendi quia ut dicit Aug9 in 4o de ciuitate
dei ca° 31° Si pes stetisset aeterno impulueri p
vestigium fuiss aeterno Quartum exemplum est in actu
videndi quia ut dicit aug9 sup gen ad litteram apertis
oculis mox gignitur actus videndi usque ad solem
Quartum exemplum est de actu mentis diuini quod ponit aug
in de trinitate eciam semper cogitat se quod si est simpli
cius et eciam in ipso instanti sue racionis non sit
simpliciter absens videtur aliquibus quia in eodem
gignet in se verbum de semet ipso simpliciter ipse racionem
Qualiter tamen hoc sit intelligendum non curo primo
est pater qui a nullo est quia ut dicit beatus Aug9
4° de trinitate ca° 2° ipse est principium tocius di
uinitatis est enim principium sine principio quia nec
genitus nec factus est quia per se alia esset processus
in infinitum in personis diuinis Filius aut a patre
et spiritussanctus procedit ab utroque Et dicitur non ter-
pite quia simul et equaliter eodem modo procedit
ab eisdem non enim plenius aut perfectius procedit ab
uno quam ab alio Alias non esset unum principium
spus sancti cuius appositum patet 1 et c. li° 8° 18
patet per beatum Augustinum de trinitate Et hec est
contra grecos Jacobitas Armanos et alios qui
dicunt spiritum sanctum procedere a patre tantum Quia Jo 17
dicitur Spiritus qui a patre procedit Et tercio quia
a primitiis conciliis que apud grecos celebra
ta sunt ytalia symbala eorum sub anathematis ana
thematibus sancita sunt Est nulli de trinitate
fide aliud dare vel aliter predicare quod ibi continetur
liceat Inquibus tamen symbalis spiritussanctus com
mitur procedere a patre et non a filio Et quo dicunt
nos mathematice incidisse Eciam leo
papa tercius in quodam symbalo in tabula argentea

conscripto post altare sancti petri patrum impressiõe
spiritus solo commemoratur patre et cetera Ad ista respondet
magister libro primo di. xi. Ad primum quod in concilio non dicitur
quod spiritus sanctus procedat a solo patre iterum et eadem modo
dicitur ad ultimum Beda de symbolo // Nyceno dicit quod
debet intelligi qui aliud docuit vel aliter predicavit
id est contrarium aliud quam ibi ponitur proposito ut
apostolus ad galatas Si quis aliud evangelizaverit
id est contrarium anathema sit sicut ibi declarat Et
sequitur textus // forte veritas

Quod pater est generans filius nascens spiritus
sanctus procedens et cetera

Pater generans filius nascens et spiritus sanctus procedens // Ista est quarta particula seu veritas
theorica de modo originis divinarum personarum Et
est ista quod pater in divinis producit per modum generationis
et filius ab eo producitur per modum nativitatis Spiritus
autem sanctus per modum processionis Ubi advertendum
quod duae in divinis sunt emanationes quarum prima
dicitur generatio et secunda spiratio seu processio De
prima dicit deus pater ad filium in psalmo 2° Ego hodie
genui te // De secunda Joh. 17. Spiritus qui a patre procedit et cetera Capitur tamen processio in divinis Uno
generaliter et sic tam spiritus sancti productio dicitur
processio Hac autem nomen processio primitus videtur
impositum fuisse motus progressivos animalium
ad situm Unde dicitur quasi porrectio in incessio
Unde translatum est ad situm omnem motum
localem et mutationem qui vel quae est a termino a quo
in terminum ad quem et postremo translatum est
ad omnem emanationem qua unum res est ab alia
ut a causa vel principio // Nullo autem illorum
modorum processio est in divinis nisi illo ultimo
modo et hoc patet exclusis imperfectionibus quae
sunt in processionibus creaturarum ex causis suis
quae sunt in ratione motus et mutationis aut divisionis et cetera

essencie Ita q de rone processionis in diuinis nichil aliud
est nisi q sit emanatio vnius rei ab alia Et quia
ut dicit sanctus tho. pte i q. 28 ar 3o In diuinis
non est processio nisi secundum operacionem in manentem io
secundum duplicem talem operacionem duplex est processio
Una respectu operacionis intellectus in se verbum seu
intellectum producentis q uel que est similitudo rei in
tellecte Et ut sic filius procedit a patre per modum ge
neracionis quia procedit per modum intelligibilis
actionis et secundum racionem similitudinis rei intellecte scilicet
essencie diuine uel patris sive esse intellectualiter
sicut viuentibus attribuitur generatio tamen vnum
producit sibi simile Et quia in deo idem est in
telligere intellectum et intellectum Ideo verbum genuit
sic est idem cum eo q pater in essencia Est tamen vnum
ad suppositum aptum ex q nichil pertinens generat per
aug in 3 de tri te ca 1o Alia est processio per modum
voluntatis Unde nota sicut in nobis sic per opera
tionem intellectus que est rei similitudo producitur
alius actus in voluntate qui non est similitudo
rei sed amor eius uel dileccio qua amat eum in a
mante sic 2m intellectum nos intelligimus est in intelli
gente Sic deus pater per suam essenciam secundum
aliquos doctores generat verbum q est filius
et amando eam ut bonam ymo ut optimam
producit in se eius amorem Et quia isto verbo
eterna per se diligit ymo frustra esset si esset
aliquid talis racio non esset pot Ex qua potest
assignari racio quare processio filii dicatur ge
neratio Et processio spiritus sancti dicatur spira
tio Et quo nunc se dicant Quia filius per
modum intelligibilis et secundum racionem similitudinis eo
q generans per formam generat sibi simile Sed processio
amoris est secundum operacionem voluntatis et magis
secundum racionem impellentis uel ad se trahentis Unde

bonitas re(ali)s informat voluntatem ut ips(a)e producat
eius amorem Et ideo illud quod in divinis procedit
per modum amoris non procedit ut genitum neque ut
filius // sed ut spiritus sanctus in quo nomine quaedam vitali-
tatis motio vel impulsio designatur prout
aliquis ex amore dicitur moveri vel impelli ad
aliquid faciendum ut dicit sanctus Tho(mas) ubi supra
ar(ticulo) 4° Est tertia ratio quam sumit idem ar(ticulo) 2° quod
nomen generationis dupliciter utimur. Uno modo generaliter ad omnia
generabilia et corruptibilia et sic non est aliud quam
mutatio de non esse ad esse Alio proprie et sic
secundum originem viventis a vivente quod procedit
secundum rationem similitudinis quantum eius speciei et omnibus talibus
in creaturis est generatio eo quod natura similitudinem agit
et ad unum est terminata / et ideo aliud agere non potest
Secundus est de potentia divina quod proprie illi inmitatur
quidquid simile potest agere Et ideo productio personae in divi-
nis per modum fecunditatis naturae est generatio Sed
productio spiritus sancti quod est per modum amoris
et voluntatis est spiratio et non generatio et vocatur
ex appropriatione processio Quarta prout pater dicitur
proprie ingenitus / quia ab eo removetur omnis
ratio generationis passive Ita spiritus sanctus proprie
dicitur procedens / quia in eo simul sunt omnes ra-
tiones procedendi. eo quod non solum a patre sed etiam
a filio et per quas a persona procedente procedit et
etiam a persona non procedente / quo non procedit filius
quod solum procedit a persona non procedente scilicet a patre
Vel ideo processio appropriatur spiritui sancto quod comple-
tissima ratio processionis similiter ponitur esse
amorem receptum duarum personarum ad
invicem Quinto illud convenit spiritui sancto quod patris
et filii tantum sit nexus et amor patris ad filium
et econverso / filio autem econverso bene convenit processio
a patre tamen non est sic completa tamen ipse non
sit huiusmodi nexus Alii ex primitate productionum

filii sit / et productio vniuoca suppositi viuentis a vi-
uente in similitudinem ydemptitatem essencie passiue
ab vno in eorum vnius productionis primo. Alia si-
militer est productio vniuoca suppositi viuentis a viuente
in similitudinem ydemptitatem essencie passiue a duo-
bus coniunctis vnius producitur vel vnum productum pro-
ducti. Et sic aliquomodo licet satis confuse super sim-
iliter et tenuiter patet differencia inter generationem fi-
lii et spiracionem spiritus sancti et quare secunda
persona in diuinis dicatur filius et tercia spiritus
sanctus. Quamquam quidem beatus Augustinus et max-
imianum reputauit valde difficilem et allegat
magister libro primo di. 13. ubi dicit / quod distinguere
inter istam generationem et hanc processionem nescio non
valeo / nam sufficio quia et illa et
ista est ineffabilis. Damascenus 17. de trinitate tractatu
21 et Anselmus monologion assignat causam huius
productionis quod causa productionis quam filius est
ab vno tantum. Spiritus autem sanctus a duobus / filius
autem nullus potest esse duorum nisi vnus illorum
sit pater et alius sit mater quod vtrumque in ymaginari
absurdissimum est. Ricardus vero de Trinitate re-
citatis multis aliis modis dicendi in quar-
ta di. 13a primo dicit quod illi ex plures in
vita ista pro tales quales nos sumus reputo
impossibile. Sicut quo sumit illud dictum libro primo tractatu
7o dicentis quod est quaedam differentia generationis
et processionis distinctio quis autem est modus
differentie nequaquam. Conamus autem intelligere illa non
possumus videtur tamen sic esse confitemur et
credimus. Et licet misterium trinitatis et modus
processionum plene intelligere non valeamus possumus
tamen aliquomodo ymaginari in rationabili creatura
ad ymaginem dei facta pro nostra capacitate
aliquam comparationem illi ineffabili trinitati. Et

Augustinus difficillimam dicit questionem

Augustinus / di. 13
Nescio non valeo

Simile de Kandeli
recitata 1a

ad brevius loquendum assignamus per A unam mentem
seu essentiam talem ubi gloriosi Angeli plena for-
mis vel speciebus omnium intelligibilium // Deinde
ymaginetur quod A que est rationalis natura intue-
atur se ipsam visione intuitiva comprehensiva
sui que quidem visio erit tunc actualiter verbum
ab A procedens et vocetur illud verbum B //
quo verbo plenarie et comprehensive se dicit
et exprimit ad intra et quia non a se ipsa con-
stituit quodammodo coram se in quandam esse ab-
stractive sicut oculus dicit beatus Augustinus videns
se in speculo quasi constituit se ipsum coram se-
ipso quodam esse volutivo seu tangentivo sive
abstractivo // Et quia hoc esse quod non est aliud
nisi B procedit ab A oportet quod distinguatur ab
ipsa Et sic habemus processionem primo
intellectus aperte in divinis Et tunc ulterius ad
habendum processionem spiritus sancto ymaginemur
quod A sic se inspiciendo intuitive comprehendit
totam bonitatem et perfectionem vel pulchritudi-
nem suam que creatur ab ipsa perfecta complacentia
in se sive plenum amorem sui qui sit et totus
est quod C procedit ab A et a B quia a notitia
perfecta abstracti sub ratione boni vel pulchri
apprehensi procedit plena complacentia seu amor
illius abstracti Et tunc quod talem intuens se co-
stituit vel quasi ponit se ipsum coram se in
esse amativo seu abstractivo amoris Augustinus
esse semper amatum prius est amari Et quia
A est una mens seu rationalis existentia per-
sonalis ut positum est Ideo talis constitu-
tio sui ipsius coram se in quocunque esse sive de-
latius seu abstractivo est quasi processio per-
sone a persona Ex quo patet quod hec in quantissima
manuductio quam intellectus habere potest ad comprehendendum

aliquantulum illud ineffabile misterium trinitatis
incarnate innuitur scilicet eciam dictam ymaginacio-
nali et essenciali condicione seu proprietate ra-
cionalis creature ad ymaginem dei facte Et
ista que dicta sunt de trinitate divinarum per-
sonarum sunt contra Iudeos et Sarracenos
qui negant in divinis trinitatem Et contra
Argemanos dicentes quod filius non potest videre
patrem nec spiritum sanctum filium De quibus xl q.
ultima quis

Quinta veritas

Persone in divinis sunt consubstanciales

Tunc sequitur consubstanciales Et est quin-
ta particula propositionis principalis super quam ponitur
quinta veritas cathegorica videlicet illa quod persone di-
vine sunt consubstanciales Et hoc satis patet ex dictis
quod in divinis una est essencia substancia seu natura
divinarum personarum quod est contra Arria-
nos et donatistas asserentes filium esse mino-
rem patre et minorem filio spiritum sanctum et contra
Macedonium qui dixit spiritum sanctum esse servum patris
et filii quorum heretici condempnati sunt 17
canonis

Sexta veritas

Persone in divinis sunt coequales

Tunc sequitur et coequales ubi tangitur
sexta veritas cathegorica videlicet quod in divinis
persone sunt coequales Contra hereticos Bacia-
nos Argemanos Donatistas Arrianos quorum
heresis condempnate sunt xl q. i canones
et q. ultima quis Et quia equalitas fundatur
super quantitate Est notandum quod rebus corporeis
dicitur attribuitur quantitas uno modo proprie et sic rebus
corporeis dicuntur quanta per eorum molem seu
dimensionem seu extensionem vel certam suam ad se invi-
cem distanciam Et hoc modo dicitur magis altum

in corporalibus quod est extrinsecus quoad quantitatem
continua vel multiplicativa quoad quantitatem dis-
cretam. Alia proprie. Et hec contingit dupliciter. Una
que attribuitur rebus corporalibus quoad
earum durationem sive quod tempus. Alia quoad effectivam
productionem. Cum igitur equum sit quantitati se-
cundum quale vel inequale dici ut dicit Aristoteles
in predicamentis. Quidam notate sicut triplex invenitur
quantitas in rebus corporeis ita et equalitas
triplex scilicet equalitas secundum extrinsecam vel indis-
tantiam equalitas secundum durationem et equalitas
secundum effectivam productionem. Et illa tercia vocatur
alio nomine equalitas virtutis. Licet 2a et 3a sint
minus proprie quantitates vel saltem improprie quanti-
tates sicut patet nobis. Ulterius est notandum quod licet
quantitas talis qualis est in rebus corporeis non re-
periatur in divinis quedam tamen quantitas qui datur
in aliis quantitati aliquo correspondent. Nam in
divinis loco quantitatis dimensionis vel molis
invenitur quantitas bonitatis et perfectionis. Et
pro quantitate durationis reperitur eternitas que
omnem durationem excedit vel comprehendit. Sed
loco quantitatis que est in ordine ad effectum pro-
ducendum habetur in divinis magnitudo po-
tentie. Sic igitur metaphorice triplex
quantitas vel magnitudo reperitur in divinis scilicet
magnitudo bonitatis perfectionis et eternitatis et secundum
quamlibet illarum magnitudinum persone divine
sunt equales. Et quoad primam illarum dicuntur
in textu Et coequales. Sed quoad 2am illarum
hic dicitur Coomnipotentes quia equales
sunt persone divine in magnitudine potentie et
virtutis. Et hec est Septima veritas
catholica que tangitur hic in textu quoad illam
2am partem principalem etc. Quo ad tertiam
illarum subditur Et coeterni. Pro quo innuitur
Octava veritas illius partis videlicet

Augustinus in libro de fide ad petrum ca° 2° ex-
primens modum quantitatis et equalitatis in diuinis
dicit illas personas diuinas esse equales quod nulla
earum aliam aut precedat eternitate aut excedat mag-
nitudine seu bonitatis et perfectionis aut liberalitate(?)
aut superat potestate hic ille Ita in diuinis trium
personarum una est eternitas una bonitas una
potencia quod dicit in diuinis essencialiter sit quod
mensura non est relacionis opposito Cum in equa-
litate conueniencia plurium in quantitate sive eadem
modo sive consimili sequitur quod persone diuine
sunt equales in perfectione vel bonitate superata
sive potestate et mensuracione seu eternitate Ideo
multo dicuntur hic coequales quantum ad primum et coomnipo-
tentes quo ad secundum et coeterni quo ad tercium // Et autem
ad equalitatem aliquorum sufficiat eadem quantitas modo
patet quia si duo pedalia eadem quantitate modo essent ex-
tensa non minus essent equalia etc. Idem patet
de albedine et dulcedine in lacte etc. Arriani
namque postponebant patri filium et spiritum sanctum
utrumque primo quo ad essenciam dicentes essenciam
patris digniorem essencie filii Ideo hic dicitur
consubstanciales Secundo quantum ad magnitudinem
non molis sed perfectionis dicentes patrem filio
esse perfectiorem / etiam secundum deitatem Ideo hic
dicitur coequales Tercio quantum ad potestatem di-
centes filium non esse omnipotentem Ideo hic
dicitur coomnipotentes Quarto quantum ad du-
racionem dicentes filium non semper fuisse Ideo hic
dicitur coeterni Quinto quantum ad operacionem dicen-
tes patrem per filium sic per instrumentum operari Ad
quod excludendum subditur unum unum solum
principium etc. Sicut dictum est de filio ita dicatur
de spiritu sancto Ista autem sunt contra multos here-
ticos alios quorum aliqui negant verbum dei ut
allogiani alii dicunt Christum et spiritum sanctum esse creaturas

Ut argumenti et illud de spiritu sancto Macedo-
niani. Item contra Eunomianos dicentes filium
per omnia dissimilem patri quod Bemiarisani [?] Item
contra Methangeos dicentes filium esse in patre
sicut vas minus in maiori Regulus vel quilibet
Item Donaste dicebant patrem filio maiorem et spiritum
sanctum minorem utrique tamen [?] filium habere esse [?]
Sed contra ista oppono quia hoc quod dicitur quod tres
persone divine sunt coomnipotentes et coeterni hoc
videtur esse contra illud Athanasii in symbolo
Omnipotens pater omnipotens filius omnipotens spiritus sanctus et
tamen non tres omnipotentes sed unus est omnipotens
Eodem modo arguitur de ly coeterni per Athana-
sium dicentem Eternus pater eternus filius eternus
spiritus sanctus et tamen non tres eterni sed unus eternus
Ad illud dicitur quod illa quia non valet In
divinis sunt tres omnipotentes et tres coeter-
ni igitur in divinis sunt omnipotentes et tres
eterni Sicut non sequitur ibi sunt tres potentes
igitur tres omnipotentes quia ly potentes stat sub-
stantive [?] principaliter adiective importans actum [?]
et album propter quod trahit nomen a supposito quia
actus sunt suppositorum secundum metha[physicam] Sed ly
omnipotentes propter compositionem amittit virtutem parti-
cipii ut dicunt grammatici et non est nomen
substantivum concretum trahens nomen a for-
ma vel quasi forma Similiter ly coomnipotentes
notat relationem unius persone ad aliud propter quod
construitur pluraliter Eodem modo dicendum est
de ly coeterni quod propter [?] tantum eam [?] tantum pro-
dicatur hic pluraliter sed alias non saltem substan-
tive capiendo ly coeterni Sequitur textus

Prima veritas tertie partis

Quod unum est principium universorum

Unum universorum principium Creator omnium rerum visibilium et invisibilium spiritualium et corporalium qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque de nichilo condidit creaturam spiritualem et corporalem angelicam videlicet et mundanam Ac deinde humanam quasi communem ex spiritu et corpore constitutam Dyabolus enim et alii demones a deo quidem natura creati sunt boni sed ipsi per se facti sunt mali homo vero dyaboli suggestione peccavit Ista est tertia pars principalis illius capituli secundum divisionem primam supra positam quinquapartitam Continuatur principibus postquam ostendit divine essentie unitatem et personarum trinitatem ac earum ab initio eternam processionem hic consequenter manifestat rerum creaturarum ab ipso temporalem emanationem Et dividitur illa pars in octo partes quas hic introducit katholica veritates Quarum prima est est de divina principii unitate secunda de eius causalitate tertia de corporis creationis totalitate quarta de creationis novitate quinta de hominis formatione sexta de demonum creatione septima de ipsorum aversione octava de hominis transgressione partes patebunt in processu littere Prima igitur veritas est illa presumendo primam particulam cum firmiter credendum est et simpliciter confitendum quod unus deus unus in essentia et trinus in personis unum est universorum principium Pro intellectu istius advertendum primo quod secundum intentionem philosophi quinto methaphysice principium est res per aliam qua alia res est et stans huiusmodi principiandi distinguit prout causa generandi Theologi doctores ut frequenter utuntur illo termino principium prout extendit se ad omnes

patri dicitur productiue Et sic tamen ego volo vti Tunc iº
principium dicitur esse omne illud a quo productio
procedit Ad 3m dico quod in diuinis ad intra plura sunt principia
scilicet pater respectu filij et filius respectu spiritus sancti Et
pater et filius dicuntur esse principium spiritus sancti Sed
tamen capitur notionaliter quia pater quoniam ratione gene
rationis actiue et pater et filius ratione actiue spirationis
non autem spiritus sanctus quia non producit aliquem
Augustinus autem hoc nomen principium attribuitur
personae diuinae vel diuinis personis ad extra
vel in ordine ad creaturam tunc tamen essentialiter
quia ratio agendi ad extra in diuinis est essentia di
uina et non proprietas personalis tamen personae diui
nae ad extra non agunt nisi per intellectum et vo
luntatem Vnus est autem in personis diuinis intel
lectus et vnica voluntas tamen Ideo licet possit
concedi quod in diuinis plura sunt principia ad
intra non tamen personae diuinae dicunt duo plura
principia respectu creaturae Vnde beatus Augustinus 5º
de trinitate ca. 13 dicit quod tres personae diuinae
dicuntur non tria vnum principium creaturarum
quia vno et eodem principio nobis sunt Non enim
aliud sunt nobis a patre et aliud a filio / Sed ponitur
eodem modo Quod tangit Augustinus libro 5 ca. 14 et
Allegat Magister libro 1º di. 29 q. Ideo etiam dicit
Augustinus quod opera dei ad extra sunt indiuisa 1º de
trinitate ca. 6º et damascenus di. 3ª Ois et 8ª
q. 1 Sed tamen istud est contra errorem pictagori
carum dicentium duo principia vnum summum bo
num aliud summum malum vt dicit Ambrosius in
exameron Item contra manicheos marcionistas
Cerdonitas Iustinos Appellitas priscillianistas
et plures alios ita ponentes / Hic autem error
dicit Bonauentura libro 2º q. 2ª ar. 1º Non
solum est contra fidem immo etiam contra rationem
vt vix credam hominem qui aliquid de physica sciuit

erroneum habuit aut posuisse aut defendisse cum
ipse sit pessimus cuius principium dampnat omnis
philosophia videlicet quod duo sunt principia prima. Tum quia
ordo universi destruitur hoc posito, tum etiam quia
divina potentia limitatur ex hoc quod non possit cor-
ruptibilia producere. Item ex hoc divina potentia esse-
ntia tertium spiritualis ponitur ut tunc sit magis loc-
lucis et si haec essent vera deus non esset deus //
Est tamen advertendum quod res aliqua denominatur
mala uno modo quia caret vel caruit aliqua dispo-
sitione seu habitudine ad quam est obligata vel natur-
aliter determinata secundum exigentiam vel sive speciei aut
conditionis sive individualis vel secundum exigentiam
naturalis ordinis rerum ad invicem aut ad finem
aut ad totum cuius ista res est pars. Secundo denomina-
tur res mala respective ex eo quod dissonans sit vel
nobili ut habet ut habitus vitiosus et error et ve-
nenum et excessus frigoris et caloris. Ex quo
sequitur quod si esset aliqua creatura non augmenta-
bilis nec alterabilis vel localiter mobilis quibus esset
corruptibilis illa non posset esse primo mala sed
secundo. Sequitur ulterius quod nulli potest inesse aliquod
malum essentialiter aut principaliter patet quia ex quo malum
est privatio boni oppositi bonum illi inseparabiliter
malo esset oppositum natum inesse. Igitur illud
malum posset abesse et per quod non fuit illi in-
essentiale. Ex quo sequitur quod omnis denominatio
mali est accidentalis et extrinseca nulli pertinens essentialiter
convenire. Sequitur etiam quod non oportet si una denomina-
tionum oppositarum insit alicui essentialiter quod alia possit
talis inesse. Unde patet quam vana tota coordi-
natorum rerum malorum vel imperfectionum earum
quam coordinationem rerum malorum gentem tenebrarum
vocavit Manicheus ad unum principium primum
summe malum secundum errorem Manicheorum deum
malorum quod equa omnibus rebus aliis habet esse malitie

et dif... ordo ... vnum ...
... reducatur ad vnum summum bonum ...
... totius coordinationis ... plus subordinate
... esse et ... esse tunc ... //2a veritas

Quod deus est creator

Creator ubi ponitur secunda veritas catholica viz
ista quod hoc principium universi produxit res
ex se creative seu per creationem. Et hoc est contra philosophos
... qui posuerunt deum ... et non ... creatorem ut patet in Examerone Ambrosii ... quod dixerunt deum omnia fecisse de materia ... contra ... alios physicos ... qui dixerunt quod de nichilo nichilum fieri possit ut patet per ... primo physicorum ... contra Albigenses negantes ... Sed
... primo. Nam deus creavit mundum ex informi materia. Secundo deus produxit plantas de terra ... Germinavit terra herbam virentem et facientem semen etc. Tertio quia secundum Ambrosium in Examerone ... una die de materia aquarum produxit deus omnia volatilia et natalia ... quarto quia dicitur deus fecit mulierem de costa viri ut ... dicitur non omnia fecit de nichilo. Ad hoc dicitur quod ... ad hoc ... Nam aliqui dicunt quod licet deus illas res produxit et adhuc multas producat aliquo presupposito in ratione subiecti quod illud subiectum est ipsius effectus a deo ad ... ipso creantur. Ista videtur esse intentio Thome de Argentina super 2a q. 10 ubi dicitur quod ... non educatur de potentia materie ... que ... producuntur per ... subiecti alterationem educuntur et tunc non ... quod presupponunt effectum ... agentis et ... quilibet effectus a deo productus ... agente quod in sua ... non ... intrinsecum materie.
Alii autem dicunt quod ... aliquid est productum ex nichilo. Hoc est aliquid productum ... hoc quod erat ex parte illius quod producitur ... quod ... eius

vel subiectum in quo producatur, et quod plus delectum
transsit in non esse dicitur absque hac re. Secundo
dicitur absque subiecto presupposito. Nam si ab acci-
dentia tamen caretur materia quod informaret, tunc
tale suppositum saltem secundum totum tunc non caretur
re, et tunc producitur absque subiecto presupposito. Tertio
~~rei~~ quod plus derelictum rei. Sicut filius in divinis
rei quia plus derelictus per impossibile non rei, contra di-
cunt illi. Tamen videtur quod si per impossibile filius in di-
vinis dimitteretur plus ipso, sicut quod apparet non gene-
retur ipse patris non esset [illegible] generatum ipse
formaliter constituitur in esse personali rei. Tamen No^a
patet dicitur quod si deus non produxit primo omnes crea-
turas simul in materia et forma ut est communior via
tunc multa sunt ab ipso producta et non proprie crea-
ture immediate, sed tamen in certis materia intelligi quod
creaturis est ab ipso proprie creata. Ubi advertendum Creationis quintuplex modus
quod ille terminus creatio accipitur quadrupliciter. Primo generaliter 1
pro omni productione dei sive ad intra sive ad extra.
Et sic filius in divinis dicitur creatus iuxta illud
Eccli. 24 ab initio et ante secula creatus sum. Secundo 2
accipitur generaliter pro omni actione dei ad extra et
sic omnis res que non est deus dicitur creatura
et creata. Tertio capitur proprie pro omni factione dei qua 3
produxit effectum nullo alio agente secum concur-
rente cuius esse dependeat ab aliquo sub-
iecto vel inferiori vel conservari. Et sic productio
fidei spei et caritatis dicitur creatio. Quarto capitur 4
magis proprie pro actione qua effectus producitur a
solo deo nullo alio agente actione secum concur-
rente aut subiecto causaliter sic ad illud effectum
concurrente, a quo dependeat in fieri vel conservari quo-
modo aliqua dispositio [illegible] in materia preexistente
saltem [illegible] agendi deitet sic productio
anime intellective humane dicitur creatio. Quinto 5

capitur perfectissime pro actione qua producitur aliquis
effectus a solo deo nullo alio activo concurrente
aut sub(iecto) Nec dispositio previa requiritur Consono
productio angeli dicitur creatio proprie Aliter productio materie
prime Ex ista distinctione sequitur primo quod non
omnis creatio est alicuius ex nichilo productio patet ex
dictis Sequitur 2o quod licet filius in divinis sit
eternaliter a patre absque subiecto presupposito generatus nec
quam tamen est proprie creatione productus patet satis
Sequitur 3o quod homo magis proprie dicitur creatus quam
cetera bruta patet quia quelibet pars eius essentialis
est proprie creatione producta Sequitur 4o quod materia
prima et angeli sunt perfectissime creatione producti patet
ex dictis Ultimo patet quod illa de quibus dicitur
fuerunt creatione producta primo vel 2o vel 3o licet non
... vel saltem 2o Unde deus dicitur creator
quia primo simul omnia produxit perfectissime creatione
vel saltem in sua materia iuxta illud Eccl.
18 Qui vivit in eternum creavit omnia simul Et causa
patet quia ex illa materia producta ab ipso dependent
in esse et in fieri Si autem fuerunt primo producta
omnia non solum in materia sed etiam in forma ut
videtur velle beatus Augustinus 3a parte ... ad literam
materia 3o tunc finaliter patet responsio ad argumenta tunc ...

3a veritas Quod istud unum principium
universorum creavit omnia visibilia et invisibilia

Omnium rerum visibilium et invisibilium
spiritualium et corporalium Ista est tercia particula
huius partis in qua ponitur 3a veritas videlicet
illa quod unum universorum principium creavit omnia
visibilia et invisibilia et etiam spiritualia et corpo-
ralia Ista veritas patet per illud psalmi Qui fecit
celum et terram mare et omnia que in eis
sunt psalmo 145 Et est contra errorem Manicheorum
et Priscillianistarum ponentium omnia

tenebrosa et visibilia esse a deo tenebrarum sunt spiritualia a
deo lucis Item contra ethoras ponentes mundum et eius
in eo contenta a dyabolo facta Et contra illam veritatem
irrefragabilem arguunt illius erroris sectatores primo
auctoritate quia Jo 18o dicitur Regnum meum non est
de hoc mundo dixit christus qui est deus lucis in mundo
ille visibilis ad deum lucis non spectat et per consequens non
est factus ab eo Item Johannis 12 dicitur venit prin-
ceps mundi huius et iterum Johannis 12 christus vocat dyabolum
principem huius mundi Et ille est deus tenebrarum
igitur Item apostolus 2a ad Cor 4 et ad Ephe 6 dyabolum vocat
dyabolum deum huius seculi Multas eciam raciones ad-
ducunt et auctoritates alias sed ille primo sufficiant
Ad ista videtur quod in quantum summa per mundum deno-
minatur mundana conversacio que vana est et immunda
ut per hominibus mundanis in quibus christus non regnat
sed in bonis quorum conversacio in celis est Similiter quod dicitur
dyabolus princeps mundi et deus inter dominacio-
ne et secularibus consencientibus Ex quo patet quod deceptus
est stultus et insanus Manicheus qui nesciunt dis-
tinguere Racio illa quia non valet ille est prin-
ceps illius id est contentorum eius quia sicut dux est
princeps Austrie et tamen non condidit austriam
Ita sequitur ille est deus ergo est conditor nisi
ly deus proprie capiatur Et tamen forte adhuc non
valeret probatur tamen ex alio quia ad philipp 3 dicitur
Quorum deus venter est et tamen non est conditor
eorum dicitur ergo dyabolus deus huius seculi non
creacione sed quia seculares consencientes ei serviunt
eo modo quo apostolus loquitur in auctoritate iam alle-
gata Quorum deus venter est etc // 4ta veritas

Quod deus omnia creavit ex nichilo

Qui sua omnipotenti virtute simul ab ini-
cio temporis utramque de nichilo condidit creatu-
ram spiritualem et corporalem angelicam viz
et mundanam Ista est quarta particula in qua
tangitur 4a theologica veritas viz ista Quod omnipotens

deus spiritualem et corporalem creaturam scilicet angelicam
et mundanam simul ab initio temporis ad nichilum condi-
dit sua omnipotenti virtute. Prius dictum est quod
utramque creaturam spiritualem et corporalem creator
produxit. Hic autem dicitur quod non alicubi sed simul
ab initio de nichilo eas condidit et propter hoc ista veri-
tas differt a precedente de omnipotenti virtute dei quidem
deum est propterea. Quod autem hic dicit Simul ab initio
temporis utramque creaturam esse ex nichilo conditam
dupliciter patet exponi secundum duas opiniones san-
ctorum in illa materia ut supra tactum est. Quarum
una est beati Augustini dicentis deum in principio simul fecisse
singulas partes mundi scilicet corpora celestia et
species animalium in materia et specie distincta. Alia
opinio est aliorum doctorum sanctorum communiter quod simul
facta sunt opera sex dierum in materia sed non in specie
quod tamen aliquando preponitur Augustino. Et illa magis videtur
esse consona scripture et magis rationabilis. Sicut dominus
Bonaventura quadruplici ratione hoc declarat
scilicet hystorica tropologica allegorica et anagogica libro
2o di. 12 q. 1 articulo 2o. Et hec est contra erro-
rem Avicenne qui posuit a primo processisse Avi
solum intelligentiam primam et ab illa quandam 2am
et sic usque ad ultimam a qua dixit ista corporalia
emanasse. Est denique contra errorem dicentem
aliquam intellectualem mundi processisse productionem
Verum quod plures opinionem asserentium angelos
illa corporalia in esse posuisse quod dicitur hic quod
tam angelica quam corporalis creatura simul ab initio
temporis de nichilo condita fuit et producta. Ex
quo etiam patet falsitas opinionum quorundam philosophorum
antiquorum dicentium mundum factum esse a deo
de sua essentia quia non videbant quomodo aliquid
posset fieri ex nichilo et solus deus fuit in
principio ideo dixerunt quod fecit omnia de se ipso.
Et fuit illius erroris fuit Almaricus de quo j... Alm

e. l. ca^a dampnatum in fine. Item est contra errorem
pancratiud aliarum vocalem de gratia dei tractatum fuit
ipse ut priscillianistae Chunosan et tellenacani quorum
errorem recitat aug. li° 2° de ci. xi. ca^i 1° Item
ista omnino absurda sunt cum materia sicut cum talis
alia nec ab aliquo decipi possit nec ad malum
incipiens compelli nec in melius vel deterius
mutari ut dicit aug. ibidem Item quod dicitur hic in
creaturam de nichilo productam ab initio
temporis est contra opiniones philosophorum aliorum dicentium
mundum factum ex principiis preexistentibus scilicet
ex materia et forma sed forme latitabant in materia
antequam intellectus illas distinguerent sicut dixit
Anaxagoras Sed quia omnes formas simul esse
non capit ratio recta Ideo perfectiores philosophi ista
positio reprobata est Ideo alii dixerunt mundum ex
principiis preexistentibus scilicet materia et forma
factum sed materiam quam ipsi posuerunt et formas
separatas et postmodum ab opifice summo ex tempore
esse unitas et isti fuerunt platonici ut per
Ambro in exameron Sed quia irrationale videtur
quod materia aliquando fuit informis et quod eadem forma
sit separata et unita Ideo alii scilicet peripatetici
quorum dux et princeps fuit aristoteles veritati magis
appropinquantes dixerunt cum quod aliqui intelli-
gunt eos mundum factum quod ipse dicit 2° methaphysicorum
Aliquando esse factum Et in primo de celo et mundo non
tamen dixerunt mundum esse factum ex principiis pre-
existentibus quod 2° vegetabilium ipse vult quod mun-
dus ipse fuit plantis et animalibus plenus Rand.
Aug. xi° de ci. dei ca^o 4 dicit quod philosophorum po-
nentium mundum eternum duplex fuit opinio
Quidam enim posuerunt quod semper mundi non
sit a deo et horum intollerabilis est error Qui-
dam autem licet posuerunt mundum eternum quod tamen mun-
dum a deo fieri dicunt Non enim mundum in tempore

tempis voluerunt hic Et sic causacionis in itinere et ita voluerunt ut quodammodo vix intelligi potest fuit factus Et de hoc ponitur exemplum 40 de ciuitate dei c. 31 de pede qui si ab eterno esset fuisset in puluere semper subiectum vestigium quod a calcante fieret nemo dubitaret Verum alii doctores aliter intelligunt aristotelem et thomas quia et alios li° 2 di 1 q 1 ar° 5° dicit non fuisse de intencione aristotelis ponere in corporalem ut intelligencia vel corpus celeste a deo esse factum per creacionem simplicem cum secundum predicta aristotelis et commentatoris omne quod fit fiat ex subiecto presupposito quod non conuenit talibus rebus simplicibus Dicit tamen omnia fuisse de intencione aristotelis mundum ab eterno fuisse Landulphus Bocius in de consolacione Censuit aristoteles quod mundus nec umquam cepit esse nec desinet Ambrosius in exameron mundum quoque semper fuisse et fore usurpauit aristoteles dicens Alii dicunt quod aristoteles non voluit simpliciter mundum ab eterno fuisse sed solum intendebat ordine rerum apparatum ponendum non concludere Unde sanctus tha. prima parte q. 46 ar 1 dicit rationes aristotelis que inducte non sunt simpliciter demonstrationes sed secundum quid scilicet ad contradicendum racionibus antiquorum ponencium mundum incipere secundum quosdam modos impossibiles Et hoc apparet ex tribus primo quia tam in 8° phisicorum quam in primo de celo et mundo premittit quasdam opiniones ut anaxagore empedoclis et platonis contra quas rationes contradictoria inducit 2° quia ubicumque de hac materia loquitur inducit testimonia antiquorum quod non est demonstrantis sed probabiliter persuadentis Tercio quia expresse dicit in primo thopicorum quod quedam sunt problemata dyalectica de quibus rationes non habemus ut utrum mundus sit eternus Item Bonauentura li° 2° di 1 q 1 ar 2° dicit

quod si philosophus posuit mundum non incepisse stantem nam
eternum posuit et totum eius supra a motu et ipse
sunt effectus si autem sensit quod nullo modo cepit ma-
nifeste errauit. Epicurus autem et sequaces eius
non posuerunt mundum eternum sed ex athomis casua-
liter concurrentibus factum de quibus Ambrosius in exa-
meron. Democritus iudicauit quod celum atque terra ex-
titerunt que sunt minuta et insubstantia predicta
celo et terris darent que incertitudine conueniunt
contra dissoluuntur nec sunt gubernationis diuina
virtute consistunt. Ad excludendum hos et alios qui hec
tenent ac philosophorum errores sublimes catholice veritatis
catholice fidei veritatem mandat exprimit dicens deum
potentem deum simul ab initio temporis utramque crea-
turam spiritualem et corporalem ex nichilo condi-
disse. Unde quidam versus innuit fare dicitur
principium in una fundata hec tenus reperitur
Unde Gen. primo In principio creavit deus celum et terram
Et licet hec verba ad mysticos exponantur tamen quod ad proprium
sufficit ad excludendum tres errores principales circa
creationem materiam potest explicari declarari. Si temporaliter
causaliter et originaliter. Quidam enim posuerunt mun-
dum semper fuisse et temporis non habere principium
Et ad hoc excludendum exponitur in principio scilicet temporis quod quasi
quod excluditur error Colonnanorum dicentium
materiam elementorum non esse factam a deo sed coeternam
deo. Quidam enim ut manichei posuerunt duo
esse causarum principia unum bonorum aliud malorum
Et ad hoc excludendum exponitur in principio id est
in filio sicut enim patri effectiuum appropriatur propter
hoc potentiam ita principium exemplare appropria-
tur filio propter sapientiam ut sicut dicitur in psalmo omnia
in sapientia fecisti ita intelligatur deum omnia in
principio fecisse id est in filio. Secundum illud
Apostoli ad Colossenses primo in ipso scilicet filio condita sunt uni-
uersa. Alii vero dixerunt corporalia esse creata a deo
mediantibus creaturis spiritualibus. Alii autem ut Origenes

et Alexandriani dixerunt mundum non esse factum vel creatum
sed ab angelis solum // Item Saturniani Basiliadiani Ni
colaite et Cerinthiani Et ad conclusionem concludendum quod ponitur
in principio creavit deus celum et terram id est omnia
sensibilia Quatuor autem secundum Bedam ponuntur simul creata
scilicet celum empireum materia corporalis quia nomine
terre intelligitur Tempus et natura angelica hec
sequitur Hic movemus dubium primo si deo primo creata dicuntur
in quibus certa quadam consistentia Nam omnia
facta sunt in materia ut in sustinente In angelica natura
ut in cognoscente et regente In celo empireo ut
in continente Et in tempore ut in mensurante Sed dicitur
quomodo ista quatuor creata sunt simul cum dicatur tempus
sit res successiva tamen non datur primum instans etc
Alia autem sunt permanentia ergo potest dici quod illa
creata simul facta sunt quia simul inceperunt
esse licet Ambrosius in Exameron 2 in non loquitur de instantibus
quia forte inter creationem celi et lucis formationem per
tunc motum causabitur tempus nulla mora
fuit vel quia fuit sola successio instantanea quia
pro nichilo habetur vel ut dicit Bonaventura
libro 2 di 2 in dubitatione lerali capitur hic tempus
cum pro mensura continuarum mutationum vel succes
sionis et concordat petrus de Thar libro 2 di
12 ar 1o et non tamen pro mensura motus celestis
Sanctus Tho. parte 1 q 46 ar 3 dicit Et nichil
fit nisi statim quod est nichil autem est tempus
nisi nunc Unde non potest fieri tempus aliquid nisi
secundum quod nunc Non quia in ipso primo nunc fit tempus
sed quia ab eo tempus incipit igitur ex dictis aliquorum
quo divina cum potentia omnia spiritualia et corporalia
creata sunt simul ab initio temporis ut dicit
hic textus quia in primo [illegible] sunt vel
nisi ipsis ante angeli et celum empireum vel
in proposito vel ut ante vel in principio materialiter
ut temporalia ut dicit petrus de thar ubi
supra ar 2o Vel ut fiat distinctio pro singulis

singulo

singulorum id est corporalia et spiritualia simul creavit et
permanencia. Vel ideo quia singula opera tota simul
id est in instanti totam earum summam produxit quamvis intelligatur
de permanentibus. Unde Ambro. in Exameron Non
artis usum nec virtutis expetit qui momento sue
voluntatis magnitudinem tante operationis implevit ita
volebat ut nec operacionem voluntas preiret nec
operacio voluntatem. Ipse enim simul omnia creavit or-
dinata cum connexione. Nam sic dicit Augustinus universi
seculi pulchritudo sicut quoddam pulcherrimum car-
men ineffabilis modulatoris extat etc. Septima veritas

Quod deus creavit hominem ex corpore et spiritu

At deinde humanam genus // constitutum
ex spiritu et carne constitutam. Ista est septima
particula 2e partis principalis illius capituli. Prius
enim dictum est de productione creature mere spiritua-
lis et creature mere corporalis hic tangit productionem
creature medie ex utraque compacte ponendo istam
veritatem catholicam que est septima in ordine. Quod
omnipotens deus post productionem creaturarum spiritualium et
mere corporalium produxit hominem tamquam creaturam
et genere ex corpore et spiritu constitutam. Et est contra
errorem Tertullianistarum dicentium animam humanam
esse corpoream et corporis habere effigiem quia
hic dicitur spiritus. Ista veritas patet per sententiam primo et
2o capitulis. Nam ut dictum est prius quinque diebus creavit
deus spiritualem vel corporalem naturam. Sexto
autem die produxit hominem quo ad corpus de
limo terre et quo ad animam de nichilo. Et convenien-
tissime omnipotens deus hominem in operibus
sex dierum ultimo produxit tum primo propter
perfectionem et connexionem universi. Cum enim ante
hec producta fuit creatura pure spiritualis et creatura
mere corporalis que quidem extrema tam distan-
cia non possunt coniungi nisi per medium oportuit igitur
esse seu produci medium non gradum corporali et spiritua-
li compositum. Tum 2o quia homo ultimo fuit productus

tamq clausula consummativa et quasi summa et quo
am aliarum creaturarum qr omnipotens deus totum istud
mundum insedarem quiest a centro celi usque inferiori
deorsum pp hominem fecit ut ei serviret Ad tertio
ut dicit magr 2o di .j. homo positus est i medio
ut et ei serviretur sz creaturarum aliis et ipse serviret
mit videlicet deo ut accipet utrumque et re
fluet totum ad hominis bonum et q accipit ab
superiori et q impendit Ita enim voluit deus
ptr ab homine serviri ut ea servitute non deo
sed homo serviens iuvaretur et voluit ut mundus
serviret homini Et ex inde similiter iuvaretur homo
Totum igitur bonum hominis erat et q factum e
pp ipsum et pp q d finis est ipse q deo dicit apls
primo Cor 3 q omnia sunt vestra Et ars 2o phy co 4
ait q nos sumus quodammodo finis omnium / factus
est igitur primus totus mundus et ultimo homo
e in ipsum tamq in domum et habitaculum ad possi
dendum secundum debitum ordinem introductus ut
dicit sed debere Hus Augq sup ge et ponitur
3 2 q 2 Moyses p hac aut q hic dicitur ho
pq aliarum creaturarum productionem ex corpore et
aia constitutum multi hereticorum errores obviatio
ma 3 confutantur Et primo illorum catharorum dice
tium luciferum formasse hominem de limo
terre et inspirasse ei cum angelis Similiter dt
q lucifer fecit evam ut p eam adam peca
ret Est ergo contra illos qui dicunt animas huma
nas cum angelis fuisse creatas ut origenes
Dehac augq xi deci dei ca 23 Verum beatus
Augq 1o sup gen ad litteram opinabatur animam
Ade cum angelis fuisse productam Alii th doctores
sacre qui oppositum tenent dicentes animam huma
nam creando infundi et infundendo creari Et
2m hac exponunt illud gen 2o sufflavit in fa
ciem eius spiraculum vite .i. animam incorporavit

ut patet per eum li° 2° di. 11 Et per illud patet Qui finxit
sigillatim corda eorum secundum expositionem communem Adhuc
potest adduci ratio quia si non tunc crearentur status mundi
de quo lege ante statum gratie et mortalis culpe
et operam que conceditur Nam anima talis primo
creata extra corpus non esset esset ingrata quia illa primo
anima infunditur in baptismo ut patet in de baptismo et
eius effectu. Racionis et eorum titulo quinto.
Nec esset infecta mortali Anima peccato quomodo lo
quor primum peccatum non est originale quod non haberet
talis anima tunc illud primo contraheret in primo
infusionis sue ad corpus ex ipsius infectione
ut quia di. 1ª Ex quibus eciam patet error Cirilli
luciferiani Armenorum Tertullianistorum et ca
tharorum dicencium animas humanas esse extra indivi
sa cum corporibus seminari cum illud ypostate
flatu ergo firmatum est c. 12 Et spiritus redeat ad
deum qui dedit illum preterea quod adam dixit genesis
2° hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne
mea Idem est contra errorem platonis dicentis
animas humanas creatas simul postas in corporibus
stellarum ab inicio et postmodum descendentes in
corpora mundi descendisse posuit tamen eas esse deos
terrenos ut dicit Augustinus 10 de c. dei ca° 3 Et
contra illos qui dixerunt animas esse angelos
detrusos in corporibus propter eorum demerita quorum
quod hoc dicatur de corpore humano est contra
illos qui dicunt corpus humanum a dyabolo factum
et maxime partes inferiores ut palmani
Cathari et patriani quod est contra scripturam
genesis 1° et alias ubique Et cum dicit ex speciali et
corruptibili est contra errorem petri Iohannis Olivi
et aliorum qui dicunt racionalem non esse formam
substantialem hominis contra quod di. 1 c. 1 Qui ellemon.
Ex isto videtur ubique esse contra illos qui ponunt plures
formas substanciales et specialiter plures animas ponunt

in eadem homine ut multi doctores antiqui et etiam alii
moderni dixerunt et dicunt quod dicitur expresse singl-
etc. Sed quare omnipotens deus tam nobilem creaturam
spiritualem voluit unire tam vili materie et lute ta-
lis tale corpus aggravat ipsam animam et deprimat
sensum multa cogitantem Cap. 9o. Respondetur magister li.
2o di. j ca. permultis unio qua deus voluit
ea quandam causa non est nisi non ut talis unio
sit hoc signum et exemplar unionis beatifice
qua anima unitur deo confruitione vel etiam illius
unionis ineffabilis qua due nature in Christo in unitate
persone sunt unite sicut due nature scilicet corpus et
anima una personalitate subsistunt in hanc sententiam
ta illud Athanasii Sicut anima rationalis et caro
unus est homo ita deus et homo unus est
Christus Augustinus 21 de ci dei ca. 10 dicit quod unio
illa anime est mira et a nobis comprehendi non
potest vel quia sunt anime unite corporibus ut in
in eis deo famulantes maiorem mereantur co-
ronam Sequitur 6a veritas :—

Quod dyaboli boni sint facti secundum naturam

Dyabolus enim et alii demones adeo quod
natura facti sunt boni Hec est 6a propositio la-
illius tercie partis principalis in qua ponitur 6a veri-
tas catholica illa videlicet quod dyabolus et alii de-
mones facti sunt a deo boni secundum naturam
Et per dyabolum intelligitur hic principalis ille angelus ma-
lus cuius exemplo vel eius consentiendo ut
alii dicunt minores qui hic demones appella-
tur peccaverunt Ille enim falsus lucifer propter
excellentiam nature inflatur quia fuit inter
omnes cadentes perfectior et excellentior ymo
secundum magistrum li. 2o di. 6 ca. j nec inter stantes
fuit aliquis eo dignior ut probat per istud Job .

Ipse principium viarum dei Et ezechiel 28. de eo
dicitur Tu signaculum similitudinis plenus sapientia et perfectus
decore in deliciis paradysi fuisti Et patet per gregorium 32 et
32. Omelie exponentem id dictum ad intellectum demonum
Dicitur autem dyabolus grece et interpretatur hebrayce
deorsum fluens Nam quiete in celo manere contempsit
sed superbie pondere deorsum corruit secundum Isidorum
Idem est grece quod criminator Dicitur etiam hebrayce
sathan id est adversarius et Belial id est apos-
tata prevaricator id est absque iugo Dicitur etiam
leviathan id est additamentum eo quod primis paren-
tibus culpam addere se preposuit per 3o vel secundum
alios dicitur a dya quod est duo et bolus quod est
morsellus quasi duos bolos facit de carne et
de anima Gl. 21 Canonis simplicibus acuta
omnis iniquitas quod in se fuit tergus et cavum vel dicitur
a dya quod est duo et vola vis quasi dya volens quia
duo vult scilicet corpus et animam Augustinus 9 de civitate dei
capitulo 20 dicit quod demon est nomen grecum sed
a sciencia dictum quod demoeos et id supple nominatur
unde interpretatur prudens vel sciens Et componitur cum
calo quod est bonum et dicitur calodemon et cum
cacos quod est malum inde cacodemon Hic igitur
dyabolus et alii demones secundum se ipsos mali facti
sunt a deo non boni quia Genesis 1a dicitur Vidit
deus cuncta que fecerat et erant valde bona
Idem probat beatus Augustinus xi super genesim capitulo 20 et
allegatur distinctio 2a di 3 ubi etiam adhuc dicit
adducit eam quia non patuit creator aptius auctor
mali esse Et id totum bonum erat quod ex ipso erat
illis Et totum bonum erat quod ex ipso totum erat
etiam Et illud est contra opinionem porphirii qui posue-
runt demones non esse sed ea que attribuuntur
demonibus secundum artem nigromanticam sunt vir-
tute corporum celestium et hoc dictum porphi-
rii introducit Augustinus 10 de civitate dei capitulo
Sed hoc falsum est quia per experientiam scimus
per demones multa fieri ad que nulla virtus celestium

corporum sufficit puta quod arreptitii loquuntur lingua
ignota quod revelant visus et auctores quas numquam
sciverunt et quod nigromantia faciunt statuas loqui
et moveri et similia ex quibus plana moti fuerunt
ad ponendum demones esse aliqua corporea aut
passiva ut ab apostolo dicitur introducit Augustinus 8 de
civitate dei capitulo 16 et libro 9o et xio Est etiam error
Apuleii quem secundum Augustinum 9 de civitate libro 8o sequuntur
plura [?] passiones demonis et cacodemones natura-
liter malos etc. Tunc sequitur 7a veritas

Quod dyaboli per ipsos mali facti sunt non
per deum sed ipsi per se facti sunt mali :-

Ubi tangitur septima veritas catholica et contra illa
quod dyabolus et alii demones non per deum sed per se ipsos
facti sunt mali patet quod non a deo ut deus est ipsi
per se per suum liberum arbitrium Aliud patet 23 di. Quia
ipsius ubi dicitur quod dyabolus non per conditionem sed per
arbitrium factus est malus Contra catharos di-
centes angelum non voluntate sed natura peccasse
Et hoc etiam contra errorem manicheorum dicentium
angelum in prima instanti creationis et ex creatione ma-
lum fuisse Et hoc est falsissimum quod creatorem
mali auctorem constituit Alii dicunt quod angeli
in primo instanti creationis non tamen ex creatione mali fuerunt
sed ex propria voluntate Et hoc patet esse falsum quia contradicit
libro [?] dicens [?] Augustini in pluribus locis et specialiter
xi super genesim capitulo 27 Et adducit magister etiam sententiarum di.
3 et plures auctoritates scripture et doctorum que videntur
oppositum sonare Ad hoc etiam allegat petrus de tharen-
tasia et bonaventura articulo [illegible] pluribus dampnatum
qui hoc affirmavit // Item ut supra allegatum Ezechielis
28 dicitur de eo [illegible] in deliciis paradysi
fuisti plenus sapientia et perfectus decore ergo quod plenitudo
non competit si in primo instanti peccasset Ymo multi
magni doctores dicunt impossibile esse creaturam
rationalem peccare in primo instanti sui esse licet forte
possit mori in eo ut aliqui etiam concedunt Unde

scilicet eos non est simile de medio et de modo. Alii
vero negant utrumque sicut et alii concedunt utrumque. Sed
quod illorum sit verum non curo disputare. Secunda veritas

Quod homo ex suggestione dyaboli peccavit

Homo vero dyaboli suggestione peccavit. Ista est secunda
et ultima particula illius tercie partis principalis in qua
ponitur secunda veritas catholica et est illa quod homo non
per se propria voluntate absque exteriori temptacione
sicut angelus sed dyaboli suggestione peccavit. Unde
genesis 3 dicitur quod serpens id est dyabolus in serpente
apparens dixit ad mulierem Cur precepit vobis deus
ut non comederetis de omni ligno paradysi etc. Invidens
namque dyabolus homini per elacionem et humilitatem
possit ascendere unde ipse corruerat per superbiam
invidit ei ait dominus magister libro 2o di 29. Sed dicit quare
primo temptando aggressus est mulierem. Respondet
magister quia in ea minus racione vigere cognovit
vel ut alii dicunt novit eam non mollicie ac
per hoc impressibiliorem magis credulam et minus
stabilem magis loquacem et in sermone precipi
tem et ita faciliori persuasione decipietur. Vel
ut alii dicunt considerabat quod ipsa preceptum dei minus
ponderabat cum illo a viro suo et non a deo im
mediate acceperat. Vel quarto advertebat ille
serpens callidissimus quod finaliter propter nexum amoris
sui viri ad uxorem habito consensu uxoris intrans
gressionem precepti dei de facili per blandimenta
uxoris haberet et consensum viri. Sed dices quare
quare deus permisit hominem temptari cum presciret
eum casurum. Respondet magister libro 2o di 23 in
1o quia gloriosius est non consentire quam temptari
non posse. Non enim esset multum laudabile homini
si solum posset bene vivere per hoc quod non temptaretur
permisit ergo deus hominem temptari ut homo
cognosceret quod per liberum arbitrium haberet per quod non
solum contra temptaciones bene agere posset sed eciam
tempore temptacionis vitam eciam mereri vincen
do seu non consenciendo valeret. Et ex hoc in

granarium amoenes consurget amplioris vel ut dicit dominus
Bonaventura Ratio ad hoc potest sumi ex comparatione Bon
morbi ad suum remedium quia cum peccatum hominis non
debebat carere remedio propter hoc quod tota in ipso
humana natura erat sicut deus debuit hominem permittere
peccare quod dicit ipsum eius redemptorem parare Et
ideo magis disposuit deus hominem peccare alio
suggerente et impellente quam voluntate propria in
clinante qua fortassis inclinatione homo cecidisset
si numquam adversarius pestifera suggessisset Ex quo causa
patet quod dicunt deum hominem facere peccabilem
ut homo nosset quod divinum posse non solum est omnis
potentie causativum sed etiam omnis potentie conservativum
et quod ipsum solum est quod non potest deficere Ideo pla
cuit sibi creaturam rationalem facere vertibilem ne
ipsam confirmare quousque ex proprio disceret quod
ipse solum est in quo cadit non posse i. Item
maioris est sapientie ex suis bona ordinare cum
malis et elicere bona ex malis quam ordinare sola
bona cum bonis propter hoc etiam manifestata est maxima
dei misericordia cum unigenitum suum filium tradidit ad
liberationem sui Manifestatur denique per hoc potissime
divina iustitia quod deus retribuit unicuique secundum
opera sua proprie meritoria punitione malorum hec
autem retributio et punitio et etiam prefata misericordie
liberatio non esset nisi deus creaturam rationalem et
proprie hominem peccabilem fecisset et ita permittere
expugnari et per adversarium impugnari Plures alias
causas assignant doctores sed ille pro nunc sufficiant
Et quia ut dictum est homo ex alterius temptatione
pulsatus cecidit et sic quodammodo cadendi occa
sionem habuit Ideo circa eius peccatum remediabile fuit
ut qui per alium cecidit per alium erigeretur Dyabolus
vero quia sicut dictum est sine alterius temptatione
peccavit per alium ut resurgeret iuvari non debuit
nec per se potuit Ideo eius peccatum irremediabile
extitit ut dicit Magister libro 2 et distinctione 21 Aliam
causam tangit etiam quia etiam prius tacta fuit quia

non tota angelica natura pcciderat sed ex parte perstat ideo non
est redempta humana vero tota pcciderat et ideo non poterat
perderetur ex parte est redempta de qua redemptione
per xpm incarnatum passionem et mortem facta hec
in textu sequenti ideo non plus nunc de illa sequitur

2 Prima veritas quarte partis principalis
Quod trinitas sancta secundum essentiam diuina
est indiuidua

Hec sancta trinitas secundum communem
essentiam indiuidua et vera personales proprietates
distincta per moysen et sanctos prophetas aliasque fa
miliares suos iuxta ordinatissimam dispositionem temporum doct
nam humano generi exhibuit salutarem et tandem vni
genitus dei filius a tota trinitate cum incarnatus
ex matre semper virgine conceptus verus homo
factus cum carni et humana carne compactus
vna indiuidualibus naturis persona unam esse manifes
tius demonstrauit Ista est quarta pars illius capituli
secundum diuisionem priorem vbi agitur de misterio
incarnationis benedicte Et diuiditur illa pars in
octo partes secundum octo veritates catholicas quas sequentia
sub celestis curie introducit Quarum prima est de
sacrarum personarum distinctione Secunda de vectore terre
tonuicti reuelatione Tertia de incarnationis congruitate
Quarta De marie virginis perpetuitate Quinta de xpo
humanitate Sexta de xpo integritate Septima de xpo
vnitate Octaua de xpo explanatione partes prefuerunt
impressa hic Prima pars est ista Et tres persone
diuine seu trinitas benedicta secundum communem essen
tiam diuinam est indiuidua et secundum personales proprieta
tes distincta Ista veritas aliqualiter
patet ex hiis que dicta fuerunt superius Dicitur
autem hec trinitas benedicta secundum essentiam
indiuidua id est indistincta quia vt deus
est super vna est in illis tribus personis essen
tia substantia seu natura Et secundum personales proprie
tates distincta seu dissimilia Pro quo aduertendum

Essentiale
Notionale
Personale

Modi dicendi de hac
Egidius vide
23

Et in divinis quedam dicuntur essentialia ut sunt illa que conve-
niunt tribus personis in divinis et singulis eorum ut
diligere velle scire et similia. Notionale autem
dicitur quod convenit uni persone vel duabus et illud
notificat sic esse i. notificat eam esse propriam sive generan-
tem sive spirare etc. Personale autem dicitur quod ipsam
personam divinam formaliter in esse personali constituit
ut paternitas constituit patrem proprie. Consequenter
advertendum est quod multi sunt modi dicendi de
proprietate personali seu relatione de persone quorum
quatuor tangit Egidius circa di. 33 primi q. 1
ar. 1. Primus modus est quod proprietates non sunt
persone nec in personis qui asserebatur Gilberto por-
retano sed quod sunt personis assistentes affixe et eis ex-
trinsecus assistentes. Et istius Bernhardus in concilio
Remensi arguit et clarissimis convicit. Ideoque eam tam-
quam erroneam et hereticam condempnavit. Secundus
modus quod essent persone sed non in personis et sic paternitas
nullo modo dicitur a patre sed quod modum predictum solum dicitur
paternitas in concretione vel abstractum pro recto sicut
divinitas. Rogo credibiliter tamen id est tenere et ille
modus non est erroneus sicut tamen aliqui dicunt et
propositio inparum tamen est ille modus sed potest probabiliter
defendi. Tertius modus est quod sunt in personis sed non
in persona sed iste modus sit et primus non potest stare propter
summam divine et summam persone divine simplicitatem.
Quartus modus est quod sunt in personis et quod sunt persone
et istum modum multi concedunt. Patet quia quod
personam in esse constituit est aliquid in eo sed sic est
de proprietate personali ut hic dicitur. Ideo assump-
tum prima parte patet quia essentia secundum suam rationem
absolutam non constituit personam sed proprietas. Secundo etiam
non obstante hoc licet quod proprietas sit in persona est tamen
ipsa ut dictum est propter summam divine persone sim-
plicitatem. 33 di. Et proprietas est persona etiam ubi re-
quirit esse in scripto. Videant illi quibus esse
in scripto repugnat in fronte saltem de persona et pa-

Tamen in infinite non repugnat quod unum considerata scilicet
ut respectiva est ad sua supposita sit in se ipsa ut ab[ta]
et ad supposito Dicunt quidam quod licet proprie non
sit in persona vel essentia sicut forma in materia sed
tamen dici quod quod convenientia est cum modo essendi in
sicut forma est in materia potest tamen dici quod quod convenie[n]
est cum modo essendi quod secundum istam aliquomodo distingu[n]
unt et constituunt in esse Et ideo iste proprietates divine
constituunt divina supposita et distinguunt ea Ideo
Damascenus vocat eas proprietates caracteristicas et deificas
vel distinctivas Iste tamen modus pluribus difficilis est
ad intelligendum Et ideo alij aliter dicunt quod obmitto
nunc gratia brevitatis Sequitur Ya veritas

Quod per moysen et prophetas sancta trinitas tra
didit doctrinam salutarem

Per moysen et sanctos prophetas aliosque famu
los suos iuxta ordinatissimam disposicionem temporum
doctrinam humano generi tribuit salutarem Ista
est secunda particula illius quarte partis predictis in qua
panditur 2a veritas catholica videlicet illa quod beatissima
summa et benedicta trinitas humano generi iuxta or
dinatissimam dispositionem temporum per moysen ceterosque
sibi carissimos doctrinam tribuit salutarem Ista
veritas manifesta est fidelibus quo ad singulas
suas partes Et primo de moyse ut patet in pentha
theucon per totum Item de prophetis patet eciam in libris
propheticis Similiter de alijs dei famulis patet
in eisdem libris ac ceteris hystorialibus et sapiencia
libus hec siquidem salutaris doctrina per humano
generis salute ante christi adventum revelata et
manifestata in veteri testamento quadruplex est de
scripta primo siquidem sunt descripti libri legales
Secundo libri hystoriales 3o libri prophetiales et 4o
libri sapienciales primi continent precepta equitatis
2i exempla sanctitatis 3ij revelaciones deitatis et
quarti documenta veritatis Iste quatuor sunt designati

Ezech primo per quatuor animalia 4or rotas / quia libri le-
gales qui faciem leonis / libri historiales qui faciem
hominis / libri sapientiales qui faciem bovinam / 4
libri prophetales faciem aquilinam Et nota quod bene
dicitur hic quod scripturam ordinatissimam dispositionem dicens
deus humano generi doctrinam legis et prophetarum
tribuit salvatorem quia illam non dedit post statum primo
quia tunc nulla utilitas fuisset quia tunc non erat
nova figura cum homo esset spirituali mente perditus
nec possibilis ad cohercendam concupiscentiam hinc tamen
adam legem discipline / nec statim debuit dari
post peccatum quia ut dicit Augustinus in questionibus veteris
et novi testamenti primus apparuit ut homo uteretur
lege naturali et cum illa ei deficeret sicud fecit Ade
adderetur ei lex fuit ergo tunc addita quia lex legi
nature ad ipsam ordinandam scilicet diversas etates Item
quia est triplex inordinatio nature scilicet concupiscibilis
irascibilis et rationalis Primo enim ante diluvium
viguit inordinatio concupiscibilis maxime et ad
hanc restringendum fuit Addita lex qua in qua vixit
homo usque diluvium Genesis 6o Omnis caro et appetitus
tuus scilicet sub ratione hac autem legem rupta per dilu-
vium fuit magna inordinatio irascibilis scilicet
quando filii Noe voluerunt edificare turrim usque
ad celum // propterea quia data est lex ad ordinandam
irascibilem erga proximum que fuit Carnem cum
sanguine non comedetis et ideo fuit ad horrorem
sanguinis et detestationem homicidii // Postea vero
secuta est inordinatio rationalis tempore Abrahe quia
omnes erant ydolatre / contra quod data fuit lex circum-
cisionis ad ordinandum populum ad deum et in signum
federis inter populum fidelem et deum // Lex autem
moysi ad hoc non debuit dari cum ipsa sit omnibus homi-
nibus communis sub una Et hoc necessarium esse ut populus
plebs esset unitus A tempore autem circumcisionis
incipit esse populi unitas et distinctio Et ideo plebs
debebat precedere fundamentum legis quod est fides unius
dei et fides incarnationis explicatio fidei et fidei
firmitas // Secundo possit in signo circumcisionis

Attestacio fidei incarnacionis facta est que facta est
promissio Abrahe de xpo et ad ysaac et Jacob quia
in semine eius vel tercio stat omne donum Et nec sic
debuit statim dari lex antequam fides probaretur, fuit
autem probata in egipto per adversitates / fuit ac fir
mata in multis signis et mirabilibus in exitu de
egipto et per desertum Cum vero facti debuit dari lex
que duxit in xpm vel ut dicit sanctus thomas prima 2e
q. 98 ar. vlt. lex duobus generibus hominum imponit
scilicet duris et superbis Conveniens igitur fuit legem
veterem tali tempore dari ad superbiam hominis convin
cendam superbiebat enim de scientia quasi ratio naturalis ei posset
sufficere ad salutem promissus est ergo sua presump
cioni quantum ad experimento discere patuit racionis de
fectum per hoc quod homines ad ydolatriam et tur
pissima vicia circa tempora Abrahe sunt prolapsi
Et ergo post hec tempora necessarium fuit legem dari in
remedium ignorantie quia per legem est cognicio
peccati ad Ro. 3o. Hec autem lex data fuit soli populo
iudeorum ut patet In scriptura dicitur Non fecit taliter omni
nacioni per quod intelligitur legis eloquium neque manifes
taverit populo ante partus per quas intelligitur
scilicet patriarcham vel ut discernerentur ille populus
ab aliis propter generacionem xpi qui de illo erat nasci
turus / licet igitur in aliis populis essent aliqui
per fidem deo accepti similiter tamen populus / lex autem data
populo congregato et unito sub una consuetudine
vivendi nam per fidem Et non erat alio populus quo
dominum coleret vel ad hoc se disponeret ideo non erat
acceptor personarum scilicet equalis erat plenitudo de
omnibus mandando legem quantum fuit ex parte sua
Nam tamen ex parte suscipiencium erat equalis quia non
erant digni sunt de quo dicitur quod deus illa
non dat non disponentibus scilicet ad illam recipiendam unde
Allex. ponit exemplum de sole parte 3a q. 60 ar.
20. Sol lucet super omnium oculum / Nam tamen
ipsum illuminat Et non est defectus ipsius solis / scilicet exple
oculi qui nam potest nec est dispositus ad recipiendum

illuminatorem. Ista lux prima que est bonitas summa se lucet
et radiat super creaturam quod est de se et per se diffundit
non tamen per recipitur a creatura quia non fit ipsi capax que
est indisposita. Aliud exemplum ponit. Si quis porrigeret ele
mosinam duobus pauperibus et unus extenderet manum
et alter non / ille qui manum extenderet recipit donum
Alter non. Ita deus omnibus semper porrigit suam graciam
non tamen omnes extendunt manum i. voluntatem et re
cipiunt eam. Sic cum deus dedit Judeis legem ut
alii de gentibus possent ad eam transire si vellet
et illos lex illa respiciebat omnes et omnibus fuit da
ta quo et hic dicitur. Et dominus deus per moysen et per
prophetas humano generi tribuit doctrinam salutarem
Non dicit solum Judeis alios tamen ad sui observanciam
non obligabat nisi voluntarie ad eam transi
rent sicut et religiosi ad quedam opera supererogacionis obli
gantur ex professione voluntaria ad que seculares
non obligantur // Ista sunt contra quasdam ampre
hensiones hereticos dicentes Moysen fuisse discipulum
dyaboli et contra impias Manicheos Cayanos Gnos
ticos et Catharos qui blasphemant legem di
centes eam latam esse impiissimo a pidrope (?) re
ceptam (?) et illam non accipiunt / nec est vetus
testamentum. Cum apponi par (?) audi audent ex novo
testamento. Et eciam illa parte quam ibi recipiunt sed
non omnes. Propterea iste textus eciam est contra illos fantas
ticos qui prophetas sanctos reprehendunt dicentes eos
fantastico vel prophano spiritu in ore arreptiorum
fuisse locutos contra hunc errorem precisum (?)
de scribit Beatus Jeronimus in prologo Abacuk. Alii autem
perversissimi homines ut Cathafrige et Allogeos (?)
et Manichei dixerunt illos sanctos dei prophetas a
dyabolo missos et malos fuisse et que dixerunt prophe
taverunt velud bruta animalia non intellexisse
Illi autem et consimiles errores quorum multi
alii ex illo textu possent colligi vel pocius con
futati sunt ita manifeste contra scripturam sacram
quod non opportet aliquas auctoritates ex illa contra illos adduci

Sed statim auditi imp(er)ator(i) adherentibus sunt omni pena
dignissimi et i(n) aut gladio (con)t(ra)mundi / Sed contra
illa apparuit q(uod) lex vetus non fuit doctrina saluatoris
et p(er) (con)s(equen)s nec a deo bono ut dicunt blasphemi ma-
nichei primo quia deus bonus inducit ad eternorum amo-
rem celestium / lex autem moysi inducit eam ad
temporalia ut dicit aug(ustinus) in libro de arbitrio / 2o in
lege moysi sunt multa precepta cerimonialia que
sunt inania illa aut non potest esse a summo bono
Ideo dicitur ad hebreos 7o Reprobatio fit precedentis ma-
dati p(ro)pter infirmitatem et inutilitatem et loquitur
de cerimonialibus 3 ad ro. 4 dicitur virtus aut(em)
peccati lex igitur est effectiva pecc(at)i / Item ibi dicit
lex subintrauit ut habundaret delictum / Item
ibi dicit passiones peccatorum qui p(er) legem erant
Item ad Galla. 3 dicit quicumque sunt ex operibus
sub maledicto sunt et multa alia possent adduci
que breuitatis causa dimitto Ad primum dicitur q(uod) lex
inducit ad temporalia non propter se sed propter eterna ut sic
ex dono maneat homo ad amorem dantis ut patet
deut(eronomio) 10 Ad secundum dicitur q(uod) in qualibet precepto
legis e(st) r(ati)o s(ed) hec patet similiter in moralibus et iudicialibus
Item de cerimonialibus p(atet) q(uia) in quolibet inve-
nitur ro mistica et non solum talis sed et ratio
litteralis patet in eisdem reperiri Nam cerimonia-
lia sunt instituta illi populo ad inchoatam religionis
ut precepit religionis circumcisionis et ritus sabbati
q(ue) uero ad cautelam vitandi errore ut fuerunt
omnia illa que videntur continere absurditatem et
nullam ad bonum utilitatem sed in victu siue in
habitu siue in actu ut in victu de non comedendo in
bone et asino sculptu de non induendo vestem la-
na linoque contextam In actu indifferenti de di-
mittenda in ... pullos et ...
in quibus omnibus ad bonum intenditur elongaria
ab ydolatria ut diffusius declarat Alex(ander) de hallis
parte 3a q. 3 l. ar 3o Et s(anctus) thomas 1 2e q. 102
ar. 2o in 3o. p(ro) tanto et ... presens inde si et lege

Que est contra quasdam qui dicunt nullam racionem in illis posse
assignari et per hoc distinguunt illa contra alia Ad primam
autem apostoli et alias sequentes dicitur quod dupliciter possumus
loqui de peccato aut quantum ad sui cognicionem aut quantum
ad sui augmentum primo modo intelligunt auctores adducte
talis quod lex fuit causa cognoscendi peccatum Ad Ro.
septimo peccatum non cognoui nisi per legem Si autem
loquimur de peccato secundo tunc auctores intelligende sunt
per occasionem non per causam Unde Ro. x. Occasione accep-
ta peccatum per mandatum operatum est in me omnem con-
cupiscenciam Si uero tercio autem loquimur de facto Et si
intelligitur oppositum dicitur tunc intelligitur sine fide
ut patet ibidem vel tunc sequitur. Tercia ueritas

Quod ihesus atribus personis in diuinis est in

Et tandem unigenitus dei incarnatus
filius ihesus xpistus a tota trinitate communiter
incarnatus Ista est tercia particula 19 quarte partis
principalis inqua ponitur 3a particula veritas catholica
et est illa quod ihesus xpistus unigenitus dei filius
atribus personis in diuinis est incarnatus Ista
veritas patet ex dictis superioribus quia actio incarnacionis
est operatio ad extra et ideo conuenit toti trinitati
ut patet ex allegatis supernis Hoc autem incarnacio
licet atribus personis facta non tamen ad illas tres
sed solum ad unam illarum scilicet ad filium est relata
ut patet 23. di. Qui eius Unde et Jo. primo dicitur
Verbum caro factum est idest homo secundum glo.
Non enim hic capitur caro pro altera parte essen-
ciali scilicet materiali hominis sed pro tota natura humana
uel supposito humane nature quod xpistus assumpsit
racione cuius ipse veraciter dicitur homo ut patet supra
Verbum caro factum est id est carni unitum
uel factum est homo Et eadem racione xpistus dicitur
incarnatus i. homo factus seu carni uel humani
tati unitus Sed dices quomodo potuit esse ut illa in
carnacio atribus personis fiet et tamen solum una
earum incarnaretur Item eciam actiua incarnatorum
est aliquo talis sicut hic vero non relate Et non videtur

quod in alio genere talitatis quam effective quia tamen omnis est tribus
personis divinis ut dictum est et videtur Ad exemplum
Ad hoc vero quod in christo incarnatione fuit causalitas
effectiva totius trinitatis creantis agentis et producentis substantiam
quam christus Deinde dicit ibi actitas totius trinitatis
ad extra posterius naturaliter qua tota trinitas univit
filiationem illam compositam creature subsistente uni tantum
divinarum personarum / et ista actio tamen non fuit pro
ducta aliqua causalitas incarnativa sed fiebat quod persona
filii esset subsistentia illi nature et illa sibi inniteren
tur tamen vel eadem tendentia qua vel consimili vel
ei consimilis innata est filius ipse personaliter a initio Et
ergo non sequitur. Ad agit ad igitur aliquam entitatem
producit Si autem dicas deus tamquam nunc assumeret tunc
in hoc quod non remaneret a propria personalitate et univit
ad alienam actionem sed habet adhuc tota trinitas indivise
et tamen nullam causalitatem producit vel aliquam destruet vel
tercius dico quod si substantia trinitas non aliquam et relatio
a personalitate dici debeat aliqua causalitas ipsius
terminantis tunc aliqua causalitas in modo concedet
persone filii in illa unione ypostatica que nulli aliarum
personarum divinarum competit nec essentie divine
nisi extrinseci et secundarie eo quod ipsa persona filii in
illa unione et huiusmodi causalitas quandam assimila
tionem habet ad causalitatem in loco non ex quacumque ducti
ve nec inqua receptive Sed pro qua sustentificative ex
ma aliquas habet habitudinem sustentificative tamen vero subli
mitantis Tamen bonaventura in dicto 2º q 1 ar 2º
dicit quod persona divina in incarnatione sit suppositum
habitualiter nec ista quod unio sive incarnatio non dicit
habitudinem dei ad creaturam per modum esse ymmo
per modum suppositi Similiter ex parte creature non dicit
comparationem solum quantum ad sustentationem complemen
tum sed etiam quantum ad habitudinem relationis hinc
est quod incarnatio uni persone patuit convenire et non
alteri / unde dat idem exemplum consolutione simi
larius Si tres puelle vestiant unam ex quibus induitur
tio est a tribus non tamen tres induuntur sed una
sola Similiter tres persone divine sunt operate in //

carnatam et tamen una sola dicitur incarnata. Aliud ex
emplum si tres trahentes unum lapidem vel lignum ad
unum ex eis ille lapis vel lignum non ab stante quod
a tribus illis traheretur tamen solum ad unum trahe
tur sic quod solum in uno illorum quiescit. Sed in
proposito ulterius est advertendum quod licet illa unio
ypostatica qua christus factus est homo a nobis in pre
senti vita plene non possit cognosci et per consequens nec ex
plicari nec exprimi tamen possumus ex hiis que vide
mus in creaturis aliquo modo in eius saltem imperfectam
noticiam devenire pro quo advertendum est quod in
creaturis multiplex reperitur unio / nulli tamen earum
perfecte assimilatur. Nam prima non est unio que
fit per corruptionem horum que uniuntur ut fit in
mixtione vel per corruptionem unius ipsorum quemadmodum
fit quando gutta aque imponitur multo vino quia
in hac unione ambe nature in christo remanserunt
integre / Nec hec est unio remanencium componencium
totum tamen natura divina nulli est componibilis / Nec est
unio diversorum remanencium coniunctorum in una ratio
tum quo componunt aliquod totum quemadmodum per coniunctionem
uniuntur duo brachia quia natura divina non est
distincta ratione a persona christi / Nec est unio remanen
tium diversorum secundum proprias accidentis et subiecti. Nam quod
libet illarum naturarum est per se subsistens et esse
suppositum / Nec unio est proprie talis unio sicut est
unio rami cum inseritur trunco / quia quod inseritur
non est cuilibet ipsius trunci cui inseritur equ
alis quemadmodum est in ista unione supradicta. Quo
tamen non obstante dicunt aliqui quod illa unio
maxime assimilatur iam dicte unioni insitioni
onis ubi ramus inseritur trunco vel stipiti. Et ut
tenet sanctus thomas libro 3 di. [illegible] Et durandus dicit
idem maxime assimilatur insertioni ymo dicit
quod unio ad subiectum multum dissimilatur a bonitate
quia in incarnatione est unio duarum naturarum
quarum quedam per se nata est constituere supra
stitum accidentis autem non est eodem modo Sed unio accidentis

est per inherentiam in unione aut per insertionem est unio
similis cum simili ratione cum est libri continuatio
et non contactus et in illo est dissimilitudo quo ad in
carnationem quia exclusa tactus residuum est simile supra
illa unam adducit scriptus … Alii dicunt alii et
iudicio meo melius quod illa unio messa lis est inter
uniones mercatus repetas unione animus ad subiec
tum quod longe in pluribus convenit cum illa quod unio
anime ad corpus vel unio mystica mini intrinsecum
Vel unio estimata … Convenit cum cum
illa quod nulla est constitutiva 3m Secundo quod unio illa
scilicet animus … conveniunt denominari facit eam
nam animus Tertio quod filius cui unitur animus est
eius actu vel habet aliquid Quarto quod animus videtur
quadammodo subsistere per filium cum animus esse sit alia
in esse Quinto quod animus unitur filio tamquam expressi //
vus ipsius Accidentia cum multa conferunt ad talem
respondendum quod est vel cognitionem … latentium
sibi … Ita divinum verbum … occultissimum
sibi univit creaturam … tamquam sui expressiuam
vel notificativam Ex hac igitur veritate et eius
declaratione patet error multorum hereticorum Quidam
dixerunt patrem esse incarnatum ut Sabelliani qui
dicebant eundem esse in persona patrem et filium Econt
rio vero Arriani diminutores filiationis deitatis Ex hoc
quod filius est incarnatus et non pater concludebant
aliam esse essentiam patris et aliam filii et aliam
operationem utriusque Alii vero dixerunt Christum non
esse verum deum ut / Sarraceni Iudei Carpo
cratiani Ebionite Appollinarite paulini vel paula
niste Et per consequens Christum non fuisse ante Mariam
incepisse Contra quos hic dicitur unigenitus
dei filius etc Quidam dixerunt Christum solum
filium dei adoptivum ut Arriani et Bonasiani
/ de te … in quadam Alii dixerunt
ut Manichei Christum non veram carnem assumpsisse
sed fantasticam ut patet libri Contra quos hic dicitur
incarnatus Sequitur // Secunda veritas Quod
Christus dei filius ex maria virgine cooperante

Spiritu sancto est conceptus

Ex maria virgine spiritus sancti cooperatione conceptus

Hic incipit quarta particula illius quarte partis in qua ponitur cetera veritas catholica et est illa quod xpus dei patris filius ex maria semper virgine spiritu sancto cooperante est conceptus Contra Iudeos / Istius veritatis prima pars videlicet quod maria semper virgo fuit patet in omnibus auctoribus sanctorum doctorum et per ecclesiasticorum assertione et potest probari ex scriptura sacra Canonica contra Iudeos et circa hoc confusus est Et specialiter per illud Ezechielis xliiii ubi dicitur porta hec clausa erit et viro non transibit per eam quoniam dominus deus israel ingressus est per eam et erit clausa principi. Et illud quod dicunt doctores ex parte de incarnatione virginie dei genitricis maria Ex quo manifeste patet quod post xpi incarnationem virgo beatissima a nullo viro umquam fuit cognita Sed quod etiam ante non patet per illud Luce i Missus est gabriel angelus ad virginem etc Contra multorum hereticorum vesaniae contestuntur Qui dam namque dixerunt virginem etiam mariam fuisse angelum et non hominem ut Cathari sequaces Valentini et Cerdoniti dixerunt xpus assumpsisse carnem de celesti sede et sic uterum virginis descendisse Sed contra illos patet per illud quod hic dicitur ex maria virgo filium largitur sed etiam mater Alii dixerunt virginem mariam ex concubitu Ioseph concepisse ut Sancti Saturniani Carpocratiani Ebionite et Seriani Alii vero post xpi nativitatem incredibiliter cum viro alio cognovisse ut Elvidius et Antidicomarite Et illi pro se volunt inducere pro se quaedam verba veritate plena palliare quod Luce 2a dicitur impleti sunt dies ut pareret et peperit filium suum primogenitum Ad quod dicunt ipsi quod nullus dicitur primogenitus nisi in ordine ad alios sequentes in ipsorum cognitione Secundo dicitur Antequam convenirent inventa est in utero habens .q. d. quando ante cum per veritatem intelleximus illorum hereticorum post hoc ipsi scilicet maria et Ioseph convenissent Cum falsitas patet primo de verborum significatione Cum dicitur ubi dicit beatus Ieronimus quod dicitur antequam convenirent

Nam sequitur quod pascha queruntur secundum scripturam quod fratres non
sit obedit Omnis. 21. q. 3a pudet. Et ergo non valet
hoc arguendo a contrario sensu. Ille modus loquendi consuetudinis in-
venitur in scriptura ut patet in glosa ibidem in 2o textus quoniam
quotiens in modo praedicto tractatus praedicta verba scilicet et pe-
perit filium suum primogenitum ait Ex quo loco quidam
perversissime suspicantur alios filios habuisse eam more
communiter sic scripturarum ut primogenitum vocat
quem fratres sequuntur sed eum qui primus natus fuit.
Idem patet ff. de c. t. lege xxiiii Et autem in ista ...
tate dicitur Ex quo benedicta conceptio facta fuit spiritus
sancti cooperatione patet per illud Act. 1o Et quod in ea
natum est de spiritu sancto est ubi ly de non dicit
consubstantiam carnis in libro sed effective quia spiritus virtus
potuit supplere Ubi ergo virtutem humane nature
vel seminis masculini ingreditur maxime scilicet
sicut aliqui medici affirmantur spiritus sanctus
potuit causalitatem seminis masculini supplere
Si non aliquid illius materie ingreditur oportet
quod spiritus sanctus vel de sola virginis formavit parvule
semini virili vel quod tale ibi creavit vel aliunde
adduxerit et postea virginali semini debito modo
coniunxerit et quod generatorum hominum cursui nature di-
mittere potuit Et sic conceptio Christi fuisset mira-
culosa in modo decisionis sibi seminalis de vir-
gine et potius illius in locum debitum generationis
et in coniunctione alterius materie seminalis / Iste tamen
modus generationis non ponitur per doctores sed magister re-
batur / Et ergo alia opinio est quod spiritus sanctus cui
nulla indispositio resistit et cuius perfecta sunt
opera illud supplevit principium formativum effi-
ciendo in eam Christi filium absque de virgine sump-
tum Et sic patet quod sic fecit et nulla re-
tenta formam effective concurrente / Vel sic quod vir-
tus virginis et virtus virtute seminis viri
id est ... miraculose concurrerent effective ...
dei concursu fiet sic quod causa 2a id est ... format
effectum quod de generationis cursu fieri non potest nisi in tempore et

videtur habere aliquam probabilitatem ex illo textu et dicitur
hic quod Christus fuit homo ex materia congestus cooperatione spiritus
sancti igitur ad sensum sanctus cooperabatur et non videtur
nisi quod dictum est igitur Ex illis sequi videtur quod
secundum corporalem substantiam nunquam fuit homo minoris
quantitatis quam Christus patet quia de parva materia fuit in
momento post eius decisionem formatus Et non videtur
quod illa materia tunc fuit augmentata miraculose usque
ad quantitatem quam embrio solet habere quod circa nisi
dicitur quia alias materia eius homo in qua virgo
concepit eius uterus sensibiliter tumuisset quod non
videtur Ex quo patet quod Christus eius fuit diutius
in utero virginis marie quam aliquis alius homo
fuit in utero sue matris patet quia per 20 dies fuit
diutius ibi quam ut dicunt medici per infusionem se
minis in matricem mulieris ipsum semen si fuit
masculus ex eo quadraginta disponitur et in diebus
et 46 die infunditur anima intellectiva humana
Christus autem in primo instanti sue conceptionis secundum
quantitatem apparentem fuit perfectus homo Et de hoc Albertus — Nota al… magn…
magnus recitat in libro suo de animalibus quod simul
una mulier peperit simul quingentos pueros
vel ut alii dicunt centum et 50. qui omnes habue
runt sua debita liniamenta / habuerunt enim
digitos in spissitudine unius crinis et oculos sicut
est foramen acus vel quod dicitur eius acuminis acus Ergo
tales pueri videntur fuisse minoris quantitatis quam Christus
fuit in primo instanti sue conceptionis / Ubi patet dicen
dum si hoc verum est tunc dubium est An Christus fuit
minimus homo qui unquam fuit / sed fuit hic [illegible]
inter illos qui quando [illegible] et [illegible] naturali genitus fuit
ille autem modus est in solutum et minus Sequitur

9ta ueritas // Quod dei filius in incarnado Verus homo factus est

Verus homo factus Ista est quinta particula
illius quarte partis principalis in qua po
nitur quinta veritas cathegorica scilicet illa Quod
dei filius per incarnationem factus est verus homo

patz satis ex dictis Et hec est contra multos hereticos
et specialiter contra illos manicheos de quibus dicitur in e
supra qui dixerunt xpm assumpsisse corpus fan
tasticum Non enim decebat in ipsa veritate inve
niri deceptionem et oculorum ludificationem quia veri
tas non novit fallere nec decebat ubi perfectissimo
dei filio invenire imperfectionem quia perfectissimum na
turam decuit et sic apparebat esse verum corpus
de uno genere et de beate marie virginis utero assump
sit verissime ut dicit bonaventura di 2a 3ii
hec eciam videtur esse contra illos qui dicunt xpm non
esse aliquod scilicet quod homo de quibus infra dicetur Sed
xpus Tali dicitur ad comparationem vestis sicut xpus vere
est deus ita verus est homo Sed ista veritas
satis declarata est prius et ideo dicitur in sequentibus
de qua sequitur textus // Sexta veritas Quod
dei filius sit compositus ex anima rationali
et humana carne :-

Ex anima rationali et humana carne compositus
Ista est sexta particula eiusdem quarti articuli predicti
in qua ponitur Sexta veritas catholica 7 est illa quod
xpus factus est verus homo compositus ex anima ratio[nali]
et carne humana Ista veritas patz quia xpus assump
sit naturam humanam ut esset mediator dei et hominis
Et quia fuit perfectus mediator ideo fuit perfectus
deus et homo Et quia perfectus homo non est nisi
habeat cum omnibus membris suis corpus et animam
ideo eciam hec assumpsit ideo patz in decle
missa Inquantum Et c t in tlc ca[pitul]o vnito 2
hec sit contra Emanum et Arrium qui dix
erunt quod xpus assumpsit carnem sine anima quia
diuinitas erat ei loco anime Sed quia diuina natura
nullo modo potest esse forma corporis perfectiua ideo hec
non valet // Alii autem ut appollinariste dixerunt
quod xpus animam habuit non completam sed solum vivi
ficantem et sensificantem Animam autem rationalem
non indiguit quia ad omnes actus partis intellec
tive suffitiebat virtus perfecte deitatis Sed ille

error adhuc est pessimus quia ut dicit bonaventura di.
2a 3a ar 2o. Si christus animam rationalem non haberet vel
carnem aptam non redemit. Et iterum si carnem non haberet
non haberet verus homo non fuit quia sic non haberet
hominis complementum quia utrumque ad hoc est necessarium
Si autem in hac veritate dicitur quod christus sit ex anima
et corpore compositus non est mirum quod ipsa est persona
in se et secundum propriam naturam sit ex pluribus enti
tatibus constituta Quia hoc est manifeste falsum
quod ipsa sit essentia divina simplicissima potest tamen
dici composita propter naturam humanam compositam sive
unitam Quia ut dicit bonaventura Compositio
dupliciter accipitur uno modo proprie pro unione aliquarum
mutuam inclinationem ad constitutionem tertii huius
et sic homo componitur ex anima et corpore Alio modo
capitur large et sic compositio est unius cum alio
sicut lux solis et lune Ceterorumque syderum septuplum pa
rtitum primi hominis Cum hoc igitur fine seculi xpistus
dominus veniet in hunc mundum sicut hic dicitur
Sed quare veniet secundum septimum quod tangitur in
textu precedenti ideo subiungitur 2ª veritas

Quod xpistus in fine seculi iudicabit vivos et mortuos

Iudicaturus vivos et mortuos. Ubi tangitur 2ª
veritas catholica illa quod xpistus dominus in fine seculi
venturus iudicabit vivos et mortuos Dicitur
vivos et mortuos septimo hoc quia secundum aliquos
in adventu xpisti aliqui vivi invenientur sed in
raptu statim morientur et sic per vivos hic in
telliguntur iusti et iniusti ut dicit Magister di.
43 c. Est igitur sensus quod xpistus dominus in
finali iudicio omnes homines presentes preteritos
et futuros iudicabit Est tamen hic notandum
quod ad iudicium duo pertinet scilicet discussio meri
torum et retribucio meritorum Et secundum hoc
duplex est actus iudicii scilicet discussionis et
retribucionis Patet quod ad hoc iudicium distincti
onis quo boni a malis separantur Nunc autem
in futuro aut quo loco quod iudex statuet
omnes a dextris et alios a sinistris Matthei 25 Cum
per hoc dicitur ad apparatum nostrum quod sicut
omnes homines in futuro iudicio comparebunt Ita

omnes tam boni quam mali sunt iudicio discretionis
et retributionis non tamen iudicio discussionis sed solum
aliqui iudicandi. Prima pars patet 2a ad Corinthios 5o
omnes inquit nos manifestari oportet ante tribunal
Christi etc. 2a pars quo ad iudicium discretionis patet
quia omnes statuentur a dextris scilicet a sinistris et
ibunt hii in supplicium eternum iusti autem in vitam
eternam Matthei 25. 3a quo ad iudicium retributionis
patet iuxta merita ut patet per apostolum ad Romanos 2 dicitur
in die revelationis iusti iudicii dei qui red-
det unicuique secundum opera sua etc. 3a pars videlicet
quod non omnes sed solum aliqui iudicabuntur iudicio
discussionis patet quia aliqui sunt ita boni et alii
ita mali quod iudicium discussionis in eis locum
non habet. Primi sunt qui nullam admixtionem
notabilem alicuius mali habent ut sunt illi qui
omnibus rebus mundi penitus abiectis pallide cogi-
tant solum que dei sunt etc. isti sicut non
iudicabuntur sed iudicabunt. Secundi sunt infi-
deles fidei fundamentum non habentes quo sub-
lato omnia opera sequencia perfecta rectitudine in-
tencionis carent. Ideo non est in eis aliqua per-
mixtio meritorum ad mala que discussionem re-
quirant. Ideo tales iam iudicati sunt Johannis 3.
Aliqui vero sunt mediocriter boni et aliqui me-
diocriter mali quod congruum est quod eorum merita
iudicialiter discuciantur. Primi sunt qui curis
secularibus et terrenis negociis implicantur. Ita
tamen quod nichil Christo preponunt sed student per elemo-
sinas expiari. Isti habent commixtionem nota-
bilem bonorum cum malis. Ideo discussio
meritorum in eis locum habet. Secundi sunt
mali et falsi christiani qui supra fidei fundamentum
edificaverunt laudabiles actus licet non merito-
rios sine caritate / tamen quia certum est de se quo ad
genus eorum ordinatas ad meritum. Et ideo
in eis iudicium discussionis locum habet de quibus Christus

dixit Esurivi et non dedistis michi manducare etc.
Ex quo patet quod mali xpiani per sentenciam iudicis cum dis-
cussione meritorum tamquam victi dampnabuntur
2o sequitur quod iudicium non habebit eum in angelis
suis bonis sive malis quia in bonis non potest
inveniri aliquid mali / Neque in malis aliquid
boni pertinens ad iudicium discussionis in iudi
cabuntur tamen iudicio retribucionis quia correspo
det meritis bonis vel malis per angelos procura
tis quia amplius habebunt gaudium vel tormen
tum multiplicata malorum ruina qui per malos
ad illa sunt invitati et provocati de bonis etc. Per
ista solvuntur multe obiecciones Et quod tale iu
dicium sit futurum patet satis ex scriptura Et probat
Augustinus 2o de ci. dei ca. 1o et sequentibus ex utriusque
testamenti scripturis adducens ibi ca. 7o Cum
tum salvator subiungeret civitates in quibus
virtutes magnas fecerat non crediderant et
eas alienigenis anteponeret Verum tamen inquit
dixit vobis Tyro et Sydoni remissius erit in die
iudicii quam vobis Matth. xi et paulo post plus Amen
inquit dico vobis quod terre Sodomorum remissius
erit in die iudicii quam tibi. Ubi satis Augustinus
manifestissime predicat diem iudicii esse ven
turum Et alio loco viri ninivite surgent
in iudicio cum generacione ista et condempna
bunt eam Et item Regina Austri surget in
iudicio etc. hic ut probat Augustinus duas res
hoc loco distinguit et venturum esse iudicium per
tum mortuorum resurreccionem futuram ut ibidem
declarat Circa istum adventum xpi est ad iu
dicium est advertendum quod licet certum sit xpistum
esse venturum ad iudicium finale / tamen penitus
est nobis ignotum non solum quo die sive
quo mense sed eciam quo anno vel centenario
vel millenario annorum nec est licet discu

huiusmodi voluerunt prenosticare sed nichil solide in
hac materia invenire potuerunt. Unde dicit in
ewangelio Mt 24. De die autem ista et hora
nemo scit neque angeli celorum nisi solus pater.
Et Marci 13 additur neque filius. Et apostolis dic-
tum est Actuum 1°. Non est vestrum nosse tempora vel
momenta etc. Sic quod ut dicit Augustinus 18 de civitate dei
omnium de hac re calculantium digitos resolvit
et quiescere iubet. Que enim apostolis querentibus
noluit revelare et aliis non revelabit. Unde omnes
illi qui tempus predictum numerare voluerunt falsilo-
qui sunt inventi. Quidam enim ut dicit Augustinus ibidem
dixerunt ab ascensione domini ad ultimum eius ad-
ventum quadringentos annos posse compleri.
Alii quingentos, alii mille annorum. Falsitas patet
et similiter patebit eorum qui adhuc computare non cessant.
Radices autem huius inquisitionis reducuntur ad quatuor
et sunt scripture sacre revelationes speciales historia-
liarum et iudicia pronosticantium signorum. Primo
ex scriptura Abbas Joachim multum laboravit super
Apocalipsim et in aliis suis opusculis. Similiter et aliis
visum est enim illis quod sicut deus mundum in sex
diebus fecit et instituit quo ad perfectionem rerum
cursum et statum ista in sex milibus annorum ipsum
consummabit quia ut dicitur in psalmo Apud deum
mille anni sicut dies hesterna que preteriit. Isti
autem manifeste decepti sunt supputatis hystoriis
sacris quas plures tunc iam fluxerunt. Alii
dixerunt quod quia in principio genesis fit mentio de
septem diebus et totum tempus currit per
senarium dierum quod per septem annorum millena-
rios mundus stabit quorum sex erunt tribulacionis
et discordie propter multa [illegible]. Septimum
vero respectu precedencium erit quasi sabbatismus
quidam requietionis et concordie animorum propter. Et ex
sternendo potest quod ab initio mundi usque ad Christum fluxerunt

computantur plus quam quinque milia annorum et centum
Cum igitur a Christo usque nunc fluxerint mille quadrin-
genti et 13 anni complete sequitur quod ille annus
quadam incepisset cuius contrarium videmus Alii dix-
erunt adventum Christi fuisse in medio annorum dura-
tionis mundi quod Abac. 3. dicitur, Domine opus
tuum in medio annorum vivifica illud Et sap. 18 Dum
medium silencium tenerent omnia et nox in suo cursu
iter perageret omnipotens sermo tuus a regalibus sedibus
venit Secundo sed ex stellis laboraverunt quidam fantasti-
ci ex astris putantes statum et duracionem regnorum et
sectarum in disposicione stellarum et celi esse de-
scriptas Tercio in verbis sunt quidam revelacionibus
ut Methodius Hildegardis et nonnulle alie sibille
At alii quarto putaverunt quidam tempora hec desig-
nata esse in misteriis literarum presertim ydeomatis
latini Et cum sit perfectissimum seu certissimum appriatum
est usui fidei christiane Et hoc modo laboravit Ab-
bas Joachim inveniendo ista tempora in libro de
misteriis literarum Quinto pessimum est ex consi-
deracionibus sequentium quod Christus certissime dixit
ante christianam tribulacionem Luc. 21 Act. 1 et
Mar. 13 dogmatibus precludit in prescribens compu-
tacionibus per certificacione et certificacione horum temporum
circa quod laboraverunt sed nichil certi aut solidi
invenerunt quod hec scientiam vel scripturam non
continent vel si continent non erant per illos nec eorum
tempore persona quo ad hec capienda Dei quidem gra-
dus donis voluit finem mundi in incognitum
esse Primo quod hoc salubrium fuit hominibus quia
incertitudo adventus domini vigilare cogit sed nos
et sollicite agere sicut tempore absconditum in nego-
tiis dei Tercio quia certitudo vocacionis ad tribu-
nal facit ut illi qui separare debent sollicite dis-
ponant sermones suos per iudicio facta ordinent
et singula studiose examinent ne forte si ipsos

non patris iudex supervenerit tamen eos feratur sua
quantum si ab initio ecclesie fuisset revelatum fidelibus
vel evidenter ex scripturis cognitum quod anni essent
ad persecutorem antixpianam tunc iam mille annis vel
pluribus timuissent incidere in illam. Nunc autem nullus
assecuratus est / et hoc expediens erat fidelibus
ut quilibet versus illam se disponeret quasi diebus
suis ventura esset / hoc igitur tempus trinitati
beatissime et xpo homini non est notum omnibus autem
in statu viatorum est ignotum. Determinatio divinarum
personarum est manifestum quod eadem sit suprema
et sua divinarum. De xpo autem homine patet per
Hylarium super 13a Marci. De die autem ista et hora
ubi hoc probat per illud apostoli ad Colo. 2o dicentis de
xpo quod in ipso omnes thesauri sapientie et scientie absconditi
sunt. Idem probat ratione Crisostomus super Mt. Et satis
communiter per doctores xpus scivit quod homo scit omnia pre-
sentia preterita et futura. Idem concedunt aliqui de
angelis exceptis inferioribus ut Bonaventura di.
48 libri 4 q. 1 ar. 2o Allexander autem in 3o q. 11 arti
1 dicit quod tamen dicitur nisi solus pater non excluditur
filius aut spiritus sanctus sed pater excluso corpore ipsius
scilicet angelorum et hominum. Secundo dico. Nec xpus scit quod homo
sit illud tempus determinate quo ergo intelliguntur
auctores contrarii prius allegati. Respondeo quod tot vel
pluribus modis possunt exponi ut patet colligi ex dictis
doctorum communius est quod filius dicitur nescire diem
et horam iudicii quia non facit nos scire. Et sic
exponit Augustinus 1 de trinitate. Idem in libro 83
questionum et beatus Augustinus 1 de trinitate illam expositionem
andit 10 lom ex scripturis. Concordat cum Hylario
super dicta verba Marci 13 quod exponitur de
xpo quo ad corpus eius quod est ecclesia. Et sic ex-
ponit Allexander ubi supra. Et beatus Augustinus in libro
83 questionum exponitur in glossa Mt. 2 l. 3 quod in-
telligitur de filio dei adoptivo. Et sic exponit Bonaventura

Et Basilius in glosa Mt ubi supra Et Allexander ad hoc
allegat Jeronimum et Bedam super textus est quod filius dicatur
nescire secundum humanitatem scilicet per se et sub ratione generali
humanitatis Dicit tamen scilicet humanitatem vero unitam
Sed contra illa apparuit primo quod signa de venienti
incognita sunt signatorum Sed de iudicio futuro
multa signa habemus in scriptura ut patet Mt 24 et
Marci 13 et Luce 21 etc. Secundo Apostolus 1 Cor 10 dicit
Nos sumus in quos fines seculorum devenerunt
et 1 Jo 2o filioli novissima hora est Ex quo videtur
quod ipsi sciverunt finem totius temporis futurum et per
consequens determinatum tempus iudicii Tercio si non possemus
tempus illud scire hoc maxime esset propter hoc quod quilibet
sollicitus ad iudicium se prepararet dum determinatum
tempus ignoraret iuxta illud Luce 12 Et vos esto-
te parati quia qua hora non putatis filius hominis
veniet Et Mt 24 vigilate quia nescitis tempus
neque horam Sed eadem sollicitudo remaneret
si scitum esset tempus illud quia ad huc incertum est cuique
cuique tempus sue mortis // Ad primum dicitur quod sicut
dicit Augustinus ad Esicium de die iudicii signa que in evan-
gelijs ponuntur non omnia pertinent ad secundum adventum
Sed quedam pertinent ad tempus destructionis urbis que
iam preteriit Quedam vero et plura pertinent ad ad-
ventum quo cottidie venit ad ecclesiam suam
Nec illa que in [illegible] vel epistolis ponuntur ad ul-
timum adventum spectantia ad hoc possunt vale-
re ut determinate tempus iudicii a nobis possit sciri //
nosci quia ista particula que premittuntur immediate
circa Christi adventum omnia a tempore primitive
ecclesie fuerunt quamquam intensius quamquam remissius unde
non potest determinari tempus quantum sit futurum
Nec Augustinus in eodem libro dicit Et si videatur
in fine huiusmodi particula magis habundare non
potest declarari quo sit ista quantitas particularis que
in mente dierum iudicii vel antichristi adventum precedit

Cum ergo ista tempora primitive ecclesie fuerint preterita
adhuc communes quod ab aliquibus tunc vicinius expectatur
dies vel adventus imminens Christi sicut dicitur
in ecclesiastica historia et Jeronimus in de viris illustribus
Ad 2m respondetur ex supradictis. Cum dicitur novissima
hora est ex illis et similibus locutionibus non
potest aliqua determinata quantitas sciri quo ad finem
mundi. Non enim talia dicuntur ad signandum aliquam
brevem horam temporis sed ad significandum novissimum
statum mundi qui est novissima etas que quanto
spacio temporis durent non est diffinitum. Sicut nec senio
quod est ultima etas hominis sit determinatum tempus per
finitum cum quod aliquando inveniatur durare quantum
omnes precedentes etates ut dicit Augustinus 83 questionum
Ad 3m respondetur idem quod tamen supposita incertitu
dine ad hoc duplicatur ad vigilantiam valet incertitu
do judicii. Primo ad hoc quod ignoratur utrum etiam
tantum differatur quantum est hominis vita. Et sic ex
duabus partibus incertitudo maiorem diligentiam
faciat. Secundo quantum ad hoc quod homo non gerit
solum sollicitudinem de persona sua sed de fami
lia vel civitate vel regno aut tota ecclesia cui non de
terminatur tempus durationis secundum hominis vitam
et tamen oportet unumquemque hoc modo disponi ne dies
domini non inveniat homines imparatos. Unde dictum
est Apostolis Actuum primo Non est vestrum nosse tempora
vel momenta etc. Patet ergo quod non scitur certi
tate quo die vel anno illud iudicium fiet. Sed
utrum fiat de die vel nocte dubium est. Aliqui
dicunt quod in media nocte quia Mathei 25 dicitur media
autem nocte clamor factus est etc. Et prima ad Thessalonicenses
5 dicitur dies domini sicut fur in nocte veniet. Alii
autem asserunt quod fiet qua hora qua ipse hora
Christus ascendit in celum in eo pro quo singulis
diebus anniversariis notabilis fit solempnitas. Iudicii
ascensionis Christi hora nona. Modo dicit Actuum 1.

Quemadmodum vidistis eum ascendentem in celum ita veniet
Et propter hoc etiam dicitur quod sicut Christus in sua glorio-
sa ascensione cum multitudine angelorum et sanctorum
ascendit ita etiam cum tota milicia celesti ad iu-
dicandum descendet Et dicit Magister libro 4°
di. 48 Quidam putant dominum descensurum
in valle Josaphat eo quod ipse per Joel prophetam sic
loquitur Congregabo omnes gentes et deducam
eos in valle Josaphat et disceptabo cum eis ibi
Quomodo exponere dicit glo. Unde magistrum hoc quidam
prudentes intelligunt quod in valle que est in latere montis
oliveti descensurus sit dominus ad iudicandum quod sa-
nius est quod non in terra sed in spacio huius aeris se-
debit contra locum montis oliveti ex quo ascendit
Ex quo patet quod locus huius erit in terra promissionis
vel vallis Josaphat vel aliqua pars dilatata
ibi tanta quanta sufficit reprobis Electi per signum
non erunt in terra sed rapientur obviam Christo
in aera Et quod dicit Magister idem quod sanctus Jo.
Cris. super Matheum Angeli deferent ante eum signum
crucis unde Matheo 24 ait Christus Et tunc apparebit
signum filii hominis id est signum crucis Et dicunt
aliqui quod non erit illud lignum in quo Christus
est crucifixus sed quoddam signum representativum
ipsius Ricardus autem dicit quod eadem erit crux in
numero que ministerio angelorum portabitur ad iu-
dicium Ex hoc enim electis erit maior honor
et excitacio maior assurgendi in laudem Christi
et erit reprobis maior confusio et forte propter hoc
impetum consumetur Et secundum Allexandrum in
tercia q. xi. ar. 3 forte glorificabitur Quia
ut dicit Cris. super Matheum Tunc crux multo
palacijs regijs lucidior erit cum secundum
quosdam corporalia immutabuntur et elementa
que corruptibilia sunt et corpora celestia multo
fortius vel illud quod fuit instrumentum nostre redempcionis

sit sunt in munitum. Unde et hoc habet quandam dig-
nitatem ex qua videtur hic ignoranciam ad per-
manendum sicut illa. Alii autem exponunt Alex. signum
dicta vbi Christus sic ita quod per signum filii hominis potest in-
telligi signum crucis impressum frontibus fidelium
vel potest intelligi signa passionis manencium in
Christo. Unde ad hoc allegat Cris. dicentem Quidam
putant crucem Christi ostendendam esse in celo vel sic
aut ipsum Christum hunc in corpore pro testimonio
passionis et vulnerum lancie et clavorum in
ut impleatur illud Ezechiel 12 Videbunt in quem
transfixerunt. Et Apoc. 1o Ecce venit cum nu-
bibus et videbit eum omnis oculus et qui eum
pupugerunt. Ex quibus patet quod Christus descendet
in forma humana. Unde sicut venit quemadmodum
ascendit Act. 1. In forma igitur gloriosa hoc
bonis apparebit illa tamen apparicio reprobis non erit
delectabilis quia ut dicit magister di. 48 Christus ipse
erit terribilis impiis et mitis iustis. Omnes sed
iusti tamen Christum divinitate videbunt non autem mali.
Unde scriptum est Ysaie Tollatur impius ne videat
gloriam dei quia divinitas sine gaudio videri
non potest ut dicit magister ibidem. Judicabit in Christus
in forma humana quia sicut in textu dicitur quod pater de-
dit ei potestatem iudicium facere quia filius hominis
est. Non quod ipse virtute humana tamen vel solus sine
patre et spiritu sancto sit iudicaturus, sed quia solus
in forma sua iudicantis a bonis et malis vi-
debitur. Cum eo autem omnes apostoli iudicabunt et
alii iuxta illud quod Christus eis promisit Mt 19.
Sedebitis super sedes 12 iudicantes 12 tribus Israel.
Unde notandum est secundum Scotum quod iudicare mul-
tipliciter capitur. Uno modo dicitur quis causaliter
et comparative et sic aliqui dicuntur iudicare
in quantum causa comparacione. Alii mancio iudicaturi
ostenduntur iuxta illud Mt 12. Viri Ninivite
surgent in iudicio cum generacione ista et condempnabunt

cam Et sic iudicare conuenit bonis et malis Alio modo
dicitur iudicare quasi interpretative et sic quicumque
sentiunt iudicanti cuius sententiam applaudendo iudi
care dicuntur et hoc erit cum electorum iuxta illud
Sap. 3. Iudicabunt sancti nationes 3º est iu
dicare quasi per similitudinem et sic sicut ille qui iudicat
habet magisterium sedet in loco eminenti sicut
iudex et sic assidentes iudicare dicuntur et hoc
conuenit viris perfectis iuxta auctoritatem prius alle
gatam Sedebitis super sedes 12 etc. Hoc tamen non
videtur sufficere pro omnibus quod certum est. Est modus quartus
conuenit omnibus in quantum continentur in eis decreta
diuine iustitie ex quibus homines iudicabuntur sicut
per librum in quo continetur lex iudicare dicatur unde
Dan. 7. Iudicium sedit et libri aperti sunt Solus
autem xpus ex propria auctoritate iudicabit sententiam ferendo
sed sancti iudicant sententiam prolatam pronunciando
quia alios ducunt in cognitionem diuine iustitie
ut sciant quid eis iuste pro meritis debeatur
Ex hiis patet quod multipliciter competit alicui iudicare
Primo per modum potestatis auctoritative et sic conuenit
toti trinitati 2º per modum potestatis delegationis
et sic conuenit xpo secundum quod homo 3º per modum
assessorie dignitatis et sic competit perfectis 4to
per modum approbationis et sic conuenit omnibus sanctis
5to per modum comparationis in quantum comparatione
aliorum condempnabiliores apparebunt 6tum
potest addi per modum ministerii executionis qui
pertinet ad angelos Ex hiis igitur aliqualiter
satis sufficienter patet quod xpus dominus iustitie per
tulit nobis omnino ignoto veniet in natura humana
glorificata ad iudicandum omnes homines presentes pre
teritos et futuros cum militia celestis exercitus
et insigniis sue passionis ubi est tactum
est modicum de loco iudicii et aliis circumstantiis tu

xpo iudicaturus et modo iudicandi Et p illa valde
multarum hereticorum insanie audiuntur Et sic
phorum paucorum ipsum udo in isto statu presenti
permanere Contra quos dicatur hic in fine prolo
Item contra illos qui dixerunt post ascensionem suam
humanam naturam deposuisse et per purum hominem
ad iudicium esse venturum Contra quos hic
dicitur venturum in fine prouli etc Refundo illa
ad Sedoniana Item contra Abbatem Joachim Et
petrum Joh dicentes duo iudicia generalia ac
futura et duos antixpos Item contra illos qui
sic negauerunt resurrectionis possibilitatem ut Sa
ducei et alij de quibus postea dicetur Sequitur

3a ueritas Quod xpus in iudicio reddet
vnicuique iuxta opera sua ....

Redditurus singulis stolam opera sua tam corporibus
quam clericis Ista est tercia particula in qua ponitur
tercia ueritas catholica scilicet illa quod xpus
deus ad iudicium venturus tam bonis quam malis
reddet secundum opera eorum Ista ueritas manifeste
ex scripturis Unde mathei dicitur decimo Reddet uni
cuique secundum opera sua Et Apoc vltimo ipse ait Ecce
venio cito et merces mea mecum est reddere vni
cuique secundum opera sua Contra errorem Epycureorum
qui non crediderunt premium futurum de malis
nec remuneracionem de bonis Et ideo in voluptatibus
ponunt suam felicitatem quorum opinionem tangit
aristoteles i Ethicorum Et narrat Salomon
in libro sapiencie locis Est eciam contra illos
qui dicunt omnia de necessitate venire de quo
Boetius 2 3 q 3 Et eciam in tractatu prophetalibus Sed
contra ista apparent Uno primo videtur quod deus
non reddet in finali iudicio iuxta opera bona
vel mala singulorum Nam deus deus statim post
mortem hominis reddet premium vel penam
pro operibus bonis et malis etc Tercio quia
hec vita pro bonis vel malis operibus quorumcumque

premiat vel punit Et deus non punit bis in idipsum
Naum 1° vel secundum aliam literam Non consurget duplex
tribulacio i.e. vindicta quod non sit tale iudicium futurum
in quo deus reddat etc. Secundo in nullo iudicio ex-
ecucio sine precedit iudicium Et secunda divisio iu-
dicii quo ad homines est de adepcione regni vel
exclusione a regno ut patet arti 2° Cum igitur
aliqui mali excludantur a regno et quidam a
dispensantur ipsum videtur quod in nullo alio iudi-
cio fiat talis retribucio [illegible] est notandum
quod secundum Aug 28 de ci dei ca° 1 Triplicia
sunt dei iudicia scilicet prima media et ultima
Prima quibus ab inicio mundi iudicavit dimittens
primos homines primo et angelis peccantibus ho-
peperit Media triplicia sunt vel tripartita Nam
iusto dei iudicio demones videlicet proprio suo in hoc
celo aereo et inferis ministri sunt Et similiter
hanc miseriam hic interius est multa crucialibus
crimina [illegible] plena iudicat etc De singulis operibus
propriis et liberis iudicat etc istis iudiciis dum
homines post mortem pensis suis penis luunt
Et ad hoc redundant ista quibus boni post
mortem premiantur Tercium est iudicium ultimum
et novissimum quo christus de celo venturus est vivos
iudicaturus et mortuos Tercio adverten-
dum secundum sanctum Thomam super 4° di 47 ar 1 sub ar
1° quod quilibet homo dupliciter considerari potest uno modo
prout est singularis quaedam persona Secundo prout est pars
totius generis humani Et secundum hoc duplex iudi-
cium retribucionis habet secundum opera sua debetur
unum singulare quod de eo fiet post mortem
suam quando recipiet iuxta ea que in corpore
gessit quamvis non totaliter quia non nisi quantum animam
Aliud vero quod debetur ei secundum quod est pars totius
humani generis prout ab iudice dicitur quantum
humanam iusticiam etc quod iudicium dat de eo te

tunc est pro / Unde quod fiet vle iudicium tocius huma
ni generis pro separacione vera bonorum a malis tunc
erit quilibet tunc sit pro istius tocius pro quibus in
dicabuntur // Pro hac ad primum dicitur quod propter
dicta duo iudicia scilicet particulare et vle non sequitur
quod deus bis iudicet in idipsum quia non fiet
duplicata pena pro simplici pecco sed pena que
in primo iudicio inflicta fuerat in ultimo iudi
cio complebitur quia impii cruciabuntur quo
ad animam et corpus simul Ad 2m dicitur quod propria
finis illius generalis iudicii est separacio bonorum a mali
que illud iudicium non precedit Sed nec eciam
quo ad particularem finem utrumque plene
precessit iudicii effectus quia et boni amplius
post iudicium glorificabuntur tunc ex gloria car
nis adiuncta tunc ex numero electorum completo Et
mali erunt amplius cruciabuntur ex adiuncta
pena carnis et impleto numero dampnatorum
quia quanto cum pluribus ardebunt tanto magis
ardebunt ut dicit ille Et tercio de isto Et quod
illa iudicio debita primum vel pene corporibus
bonis vel malis preparantur furnus iustum
et ista preparantur accusatores ut aliud locum illius
et testificatores ac mediatores discussiones debita
et consimilia // Dubium magnum est apud
doctores utrum omnia ista in extremo iudicio fiant
per vocalem locucionem vel solum per mentalem
tantum notificacionem Et magister sententiarum dist 4a
4a 6o q 1 dicit quod de hac non aperte dicit scriptura
Multi enim dicunt quod ista de quibus christus dicit
in matheo 25 Esurivi et non dedistis michi
manducare etc et similia iudicis que dicet
Venite benedicti patris mei etc mentaliter pro
ferentur Si enim vocaliter singulorum facta
narrarentur inestimabilis magnitudo temporis adhoc

exigetur Alij aut dicunt quod totum illud iudicium quo ad act[us] discussionis vel increpationis malorum et commendationis bonorum et singulorum iudicum verbis sunt vocaliter exprimenda et hanc sequuntur Rich. di. 47 li. q. 7 ar. 1 unde quod 25 dicitur Tunc dicet rex hijs qui a dextris eius erunt etc Et ibidem tunc dicit et hijs qui a sinistris erunt etc Rather causa fuerunt multe auctoris secundum quod xpus cum est deus et homo Ideo iudicabit modo divino et humano quia ipse sicut modo divino predicta fient mentaliter divina virtute in singulorum mentibus operante Ita etiam humano modo fient vocaliter xpo talia humana voce proferente / Xpus enim ut dictum est in humana forma iudicabit / et ideo ut homo exercebit omnes illos actus iudiciales de quibus dictum est communiter circa [?] Sed tales actus non potest homo exercere mentaliter Ita ut veniant in notitiam iudicandorum quia actus mentales xpi hominis ut homo est solum sunt in mentibus et non transeuntes ad notitiam circa aliorum Unde sequitur quod ad hoc quod xpus iudicet ut homo modo humano non sufficit ipsum apparere in iudicio in forma humana ita ut a iudicandis videatur Sed etiam requiritur ut aliquis tamquam iudex modo humano non singulos proferens et malos increpans et bonos commendans audiatur Alias sederet ibi ut ydolum nullum actum iudicialem modo humano exercendo Ex hijs patet igitur quod in illo iudicio aliqua non solum mentaliter fient sed etiam vocaliter Quedam tamen fient ibi divina virtute quia tamen mentaliter peragentur etc Rich. quod patet quia in illo iudicio fiet discussio meritorum singulorum bonorum et malorum ibi enim ut dicit Ieronimus super illud 1 Cor. 4 illuminabit abscondita tenebrarum gesta et cogitata bona et mala tunc aperta et nota erunt omnibus Sed hec discussio non vocaliter

sed mentalis tamen fiet Si enim vocaliter singulorum
facta narrarentur inestimabilis magnitudo
temporis ad hoc exigeretur ut multi dicunt Unde dan
7 dicitur vetustus dierum sedit et libri aperti sunt
coram illo Quod exponens magister hystoriarum libro danielis dicit
quod libri sunt consciencie singulorum quia tunc aperi-
entur aliis Et tunc implebitur illud Nichil
occultum quod non reveletur Math 10 Admoneta
enim summo Judice non solum tenebre actus illu-
minabuntur sed etiam abscondita cordium illumi-
nabuntur 1 Cor 4 c Virtute igitur divina fiet
ut dicit Aug 20 de civitate dei capitulo 14 ut cuiusque
opera propria bona vel mala cuncta in memoriam re-
vocentur et mentis intuitu mira celeritate cer-
nantur ut accuset vel excuset scientia conscientiam
atque teste salvetur vel dampnetur Et Apoc
20 dicitur Et vidi mortuos magnos et pusil-
los stantes in conspectu throni et libri aperti
sunt Et alius liber apertus est qui est liber
vite Et iudicati sunt mortui ex hiis que scripta
erant in libris secundum opera eorum Per libros quos
primo loco posuit intelliguntur secundum Aug in
libris sanctis veteris et novi testamenti in quibus
deus ostendit que mandata fieri iussisset Cum quo
concordat Richardus de sancto victore dicens quod
corda erunt quasi quedam canonica decreta
Sed ut subdit Aug per librum vite de quo
subiungitur intelligitur conscientie singulorum que
sunt liber vite communis scilicet in quo quilibet
agnoscetur quid quisque fecerit Hoc quo circa
sunt in libris pluraliter esse iusta et manifesta
Ille conscientie dicuntur libri vite formaliter Et vis
divina causabit quod tota in ostijs operatur Ex hiis
patet aliquomodo apparere que in isto iudicio e-
runt mentalia Et que vocalia Nam tercia
erit mentalis et vocalis quia mentaliter vocabuntur

Vetustus dierum sedit et libri aperti sunt

ad iudicium divina virtute et vocaliter per ministerium ange-
lorum ut patet Mt 24 Mittet angelos suos et
congregabunt electos suos a quatuor ventis terre
etc. Mentalis ergo et vocalis erit replicatio accusa-
tio Accusabunt enim eos conscientie ut dictum est Cristus
autem vocaliter accusabit eos Cum dicet Esurivi
et non dedistis michi manducare etc. 25 Mt
Nec hoc est contra formam recti iudicii quod iudex
proponet contra eos quod ipse procedet ex officio Testi-
monia ergo erunt mentalis et vocalis quia omnes vi-
debunt conscientiam cuiuslibet Ita quod in ipsis propriis
testificabitur cuilibet esse verum illud de quo
conscientia cuiuslibet replicata accusabit ipsum Angeli ergo
qui fuerunt custodes eorum specialiter testifica-
buntur contra eos / Demones ergo electi contra eos
testificabuntur Sententia autem diffinitiva non tantum
mentaliter sed ergo vocaliter contra eos proferetur
ut patet Mt 25 Et dicit Rich. probabile esse
quod illud iudicium non extendetur per horam vel
cum prolixam quod videtur sentire Aug. 20 de ci. dei
ca. 20 ubi dicit quod iudex quietet conscientias
replicarum sine ulla sermonis prolixitate / Unde
illa vocalis disceptatio non erit cum qualibet
sigillatim nec de qualibet opere singulari Sed
sicut Salvator in evangelio narrat sic fore re-
dendum est // Dicit tamen quidam doctor quod
si fieret talis disceptatio de singulis operibus
singularum multa sequentur inconvenientia ut
aliquod absurdum nisi dicatur quod ad totalem
discussionem longum requirentur tempus Sed
hoc non apparet ei quod Christus humano dabit
vari sive vocem virtutis / Unde tante virtutis
erit vox Christi quod in tempore valde brevi puta
in una hora vel minori tempore pro singulorum
iudicandorum singula opera vocaliter discu-
tere sive verbis distinctis sed non distincte

monete corda singularum rerum singularum opera suorum
et in omni ac singularum natura distincta singula
opera vocaliter deducat cum mihi indicandorum sit
finitus similiter et opera inividuo distinguendorum
Si ergo una hora dividetur in tot partes equales
quot sunt dies naturales infra quos iudex viator
posset expedire omnes indicandos vocaliter singula
opera singularum distinguendo tunc homo habens cor-
pus glorificatum et agilitatem bona inequaliter parte
talis hore tamen posset expedire indicando et
vocaliter opera distinguendo quantum iudex viator posset
in uno die naturali vel longe plus ergo quod habet
corpus spirituale et ergo posset linguam movere ad
perficiendum quecumque vult et quando velocius vult Ad
firmandum igitur xpistus dominus in quo habitat divi-
nitatis plenitudo corporaliter Ad colo. 1 hoc potius
posset eos ista facere una voce Nam sanctus
Beda super actus apostolorum Apostoli Non solum loqueba-
tur et intelligebant omnia ydiomata sed ipsis
loquentibus quod fuit maius miraculum in uno
ydiomate quodcumque esset diversarum ydioma-
tum intelligebant omnia ydiomata quilibet
ydioma proprium divina virtute hoc faciente habet
ille Jo. 8 ubi dicitur quod xpistus quando iudei
adducta muliere in adulterio deprehensa in-
terrogaverunt eum quid de ea diceret inclinavit
se et digito scripsit in terram ubi doctores
dicunt quod scripsit eorum peccata quod non fuit per
singula distincte scribendo sed divina virtute
fecit quasdam caracteres in quibus singula pec-
cata sua distincte legere valebat Quanto magis
vel saltem equaliter hoc facere poterit Domina
voce xpistus divinitatis tantam virtutem habet et
per eam singula singulorum merita singulariter
distinguantur et in omni et singulorum notitia
distincte vocaliter deducantur Capitulum

Sexta veritas Quod omnis homines resurget
in propriis corporibus

Quod omnes cum suis propriis resurgent corporibus
que nunc gestant hic ponitur. Sexta veritas
catholica 19 b te partis principalis et est illa quod
omnes homines resurgent in finali iudicio cum pro-
priis suis corporibus que hic habent vel
habuerunt. Et debet hec veritas intelligi de hiis
omnibus hominibus qui nondum surrexerunt quod
facta in aliquibus de facto plena resurrectio
est. Ista veritas est contra multos errores hominum
Quidam namque simpliciter negaverunt resurrectionem
corporum ut Saducei Symoniani Valentiniani
Seuliti Cathari Carpocratiani Marchite Cayani
Archontici Cerdoni Cerinthiani Origeniste et Seleu-
ciani. Alii vero circa istam resurrectionem dicunt ho-
mines non resurgere cum eadem carne in qua
hic sunt quos multi ut timeo ad hunc
inveniuntur contra quos expresse habetur
Job 19. ubi dicitur Credo quod redemptor meus
vivit et in novissimo die de terra surrecturus
sum et in carne mea videbo salvatorem meum
etc. Multe sunt alie ad hoc auctoritates
quas omitto. Alii dixerunt ut Armeni quod omnes
homines resurgent in sexu virili. Et hunc
errorem tangit Augustinus 22 de civitate dei capitulo 17
et Almaricus ut tactum est superius. Secundo
circa quo fiet dicit illud dicit Salvator Mathei
2 c Mittet filius hominis angelos suos cum
tuba et voce magna et congregabunt electos
suos a quatuor ventis celorum a summo
celorum usque ad terminos eorum. Ex quo patet
quod collectio pulverum corporum humanorum fiet angelico
ministerio. Item in resurrectione angeli re-
colligent pulveres vel alia corporum in quas
vel in que humana corpora ultimate sunt resoluta

Deinde virtute divina illa materia organisabitur
qualificabitur et disponetur debite ac subito via
bitur // Sed contra ista oppono primo quod si homo
resurget cum ista eadem carne in numero quam hic
habuit vel ergo cum tota illa carne quam hic ha
buit vel non. Non potest dici primum quia tunc in homine
apud usque ad senium hominis actione caloris naturalis
continue fiat resolutio carnis humane et alterius
per nutritionem augmentatio. Sequitur quod homo qui hic
diu vixisset fieret excessive grandis quod non est verum
ergo etc. Nec potest dici secundum quia non apparet ratio
quare potius hec data caro resurget quam alia
igitur videtur quod quelibet vel nulla. Responsio perplexe
est et propter ita contingit ut est verisimile quod
eadem portio materie successive fit subiectum diversis for
mis humanis igitur si illa sunt vera oportet quod
in resurrectione eadem materia sit in diversis ho
minibus. Et sic sunt in casu predicto quod eadem materia
esset modo et intra etc. propter iudicium // Ad primum
dicatur quod non oportet quod omnes partes materie hominis re
surgant in tali casu. Sed puriores quo utique
primus et principaliter sunt de veritate humane
nature et maxime partes apparentibus bene dicte et
secundum beatum Augustinum in Enchiridion capitulo xj. Non oportet
quod eodem ordine et situ ponatur in resurrec
tione sicut prius fuerunt etc. Ad secundum dicit
Scotus credo quod numquam fuit nec erit aliquod
ubi aque de veritate humane nature. Si autem
animo conceditur quod equaliter sunt de veritate
tunc utriusque tunc resurgent in prima. Si autem
residuum in 2o non sufficeret tunc deus supplebit
unde voluit vel ut aliqui volunt multipli
cabit proximus. Eodem modo dicatur de primis et
aliis etc. Patet igitur quod omnes resurgent
perfecte in illa carne que subiectum meritis fuit ava
libus ut eadem carne in modo mequa mortuing

Vel demeruimus premium vel punitionem. Et ideo hic
subditur in textu ut recipiant singuli opera sua
sive bona fuerint sive mala ubi tanguntur
Quinta et sexta veritates huius partis
Sequitur sexta veritas Quod mali homi
nes habebunt penam ....
Illi autem cum dyabolo perpetuam penam. Ista est sex
tima particula huius partis in qua ponitur sexta
veritas catholica et est illa quod mali homines per
iudicium finale mortui et cum perpetuo punibili
pena plectentur. Mathei 25 dicitur quod dicetur eis a
Christo Ite maledicti in ignem eternum qui prepara
tus est dyabolo et angelis eius. Et hoc est contra
errorem Albanensium dicencium quod omnes liberabuntur
in fine a pena et culpa. Et contra errorem
Origenis et multorum aliorum qui dixerunt de
mones liberandos esse per longa supplicia et
angelis sociandos. Unde Augustinus 21 de civitate dei
Origenem credidisse ipsum dyabolum et angelos
suos per graviora pro meritis et diuturniora
supplicia ex illis cruciatibus eruendos et sanctis
angelis sociandos. Et idem dicit Origenem posuisse
alternatas sine cessatione beatitudines et mi
serias et statutis temporum intervallis ab istis
ad istas atque ab illis ad istas itus et reditus
interminabiles. Ita quod sancti quosque de beatitudine in mise
riam revolventur. Et ut idem dicit Augustinus propter quod
nonnulla non in merito Origenem reprobavit ecclesia
Et hoc quod misericors videbatur in liberandis
quosque demonibus amisit sanctis tribuendo veras
miserias quibus penas luant et falsas beatitudines
in quibus et premium hoc est sine timore
eternum perpetui boni gaudium non habent. Et
sic ipse Origenes misericordiam qua vide
batur habere in liberandis quosque demonibus
amisit perpetualitatem qua in sanctis credit quas

in vocas misericordias penarum pascit evaluendos
contra auctoritatem supra allegatam Et eciam regulam
proponentem que ex una parte divinam misericor-
diam nimis extendit et contra iusticiam Et
ex alia parte eam nimis restrinxit propter nimiam quam
ipse finxit severitatem Ad quod adducit Augustinus alias
auctoritates scripture 21 de civitate dei capitulo 23 Et in psalmo quo
dicitur delisti nomen eorum in eternum et in seculum
seculi Secundum patrem per Cassiodorum ibidem Alii dix-
erunt ut tangit Augustinus 21 de civitate dei capitulo 18 de-
mones impetrando puniri et in hac declinaverunt
ab errore Origenis Et omnes homines quos liberandos
a pena esse infideles Quod dicitur in psalmo 18
Numquid in eternum irascetur nobis Et in alio psalmo 16
Numquid obliviscetur misereri deus aut continebit
in ira misericordias suas Ad que respondet Augustinus ibidem
quod hic admitto ad brevitatem Pro isto esse possent ad-
ducere illud Matthei 25 supra allegatum quo dicitur
Discedite maledicti in ignem eternum etc. quia subditur
Qui paratus est dyabolo et angelis eius non dicitur
dampnatis Alii dixerunt quod solum omnes christia-
norum pena per divinam misericordiam quos liberantur
quia Marci ultimo dicitur Qui crediderit et bap-
tizatus fuerit salvus erit Et Johannis 6° Qui
manducat carnem meam et bibit sanguinem
meum habet vitam eternam Sequitur 1 ad Corinthios 3°
dicitur Si cuius opus arserit detrimentum pa-
tietur ipse autem salvus erit sic tamen quasi per ignem
Et loquitur de illis qui habent fundamentum
fidei christiane Et illi quod specificati sunt Quidam
autem dixerunt quod quicumque sacramenta fidei per-
ceperunt ab eterna pena erunt immunes Contra
quos arguit Augustinus ubi supra capitulo 20 et 21 per id
Apostoli ad Galatas 5 Manifesta autem sunt opera
carnis que sunt fornicatio immundicia etc.
que predico vobis sicut predixi quoniam qui talia agunt

regnum dei non possidebunt Et 10 alii dixerunt
quod solum illi a pena eterna carent i munnebq
sacramenta fidei ceperunt et fidem catholicam
tenuerunt finaliter quantumcumque aliis criminibus i
voluntur. Contra quos Iacobi 2o dicitur fides
sine operibus mortua est et ibidem dicit Si fidem
dicat quis se habere opera autem non habeat numquid fi-
des poterit saluare eum Item contra omnes dicitur
1 ad Cor. 6o Iniqui regnum dei non possidebunt
Item ibidem neque fornicarii etc Ad Ephe. 5o
omnis fornicator aut immundus etc Alii dixerunt
quod omnes illi qui opera misericordie faciunt non puniantur
eternaliter sed illi qui illa negligunt propter id
Mt. 5. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam con-
sequentur Et Iacobi 2o eciam dicitur iudicium
sine misericordia ei qui non facit misericordiam Item illud videtur
per illud Mt. 25 ubi disceptacio ponitur futura
et solum de operibus misericordie Sed contra illa manifeste
sunt auctoritates scripture iam allegate et alie innumere
Item Iacobi 2o dicitur quicumque totam legem imple-
uerit offendit autem in uno reus est omnium De
hoc eciam vide Augustinum ubi supra Ex isto autem patet
indubitanter quod omnes catholice de lege consencientes
vie ad aliud statum in peccato mortali actuali tran-
seuntes igne infernali eternaliter punientur Sed
dubium quomodo potest stare cum diuina iusticia quod
quis pro temporali inferatur eternaliter pena
in igne gehennali Cum dicatur Deut.
25 Pro mensura delicti erit et plagarum
modus Et Mt. 7 dicit Christus Qua mensura mensi
fueritis eadem remecietur vobis Et
secundum philosophum 5to Ethicorum pene sunt
quasi medicine Sed eterna pena non est ad cor-
reccionem alicuius i Pro illo est aduertendum
quod secundum sanctum Tho. 1a 2e q. 87 art. 3o et 4o in corpore

peccato mortali actuali est aversio creature rationalis
ab incommutabili bono Et tamen conversio eiusdem ad cre
aturam vel illam conversionem ad creaturam ut qui
dam alii dicunt virtualiter includit vel aliter ante
cedenter presupponit Ex quo patet quod omne peccatum mor
tale est aliquomodo infinitum et aliquo modo
finitum Nam prout est aversio ab incommutabili
bono quod est infinitum ex hac parte est infinitum
seu malicie infinite ut dicit sanctus thomas
ibidem ¶ Prout autem est inordinata conversio ad
commutabile bonum ex hac parte est finitum quia
ipsum bonum commutabile est finitum ¶ Et ipsa
conversio est finita intensive cum sit actus
finitus intensive vel amissio bonitatis finite
¶ Secundum autem illorum scilicet conversio est quasi radix pecca
ti quia omne peccatum mortale actuale procedit tanquam
ex radice ex amore male inflammante vel ti
more male humiliante ut dicit glossa super illo
psalmo 81 Incensa igni et suffossa ¶ Primo
autem ut patet scilicet ab aversione sumitur ratio forma
lis peccati mortalis actualis quia formaliter pecca
re et directe contrariatur legi divine in creatura
rationali stante obligatione legis eiusdem
Nam cum tamen est ymaginandum quod illa duo non differunt
nisi solum ratione sicut recessus ab uno termino
et accessus ad aliud est idem motus Aliud tamen
sortitur nomen per comparationem ad terminum a quo et
aliud per comparationem terminum ad quem patet ista duo
que sunt utrobique ratio peccati mortalis actu
alis concurrit tamen quasi concausaliter ¶ Secundum scilicet ipsius
peccati duratio seu quantitas durationis eius
¶ Quocumque duratio seu quantitas peccati mortal
licet quo ad actum commissionis vel etiam quo ad
negligentiam omissionis tamen sit finita et
ut in pluribus satis parva tamen quo ad maculam
contractam quantum de se est semper est infinita

In quo advertendum quod illa macula est deordina-
tio viriu(m) anime et elongatio seu recessus a lege
naturali et divina cui difformis et repugnans
est habet animam subiectam peccato et carentiam rectitu-
dinis debite. Unde ipsa carentia rectitudinis
debite inesse potest dici macula anime secundum Thomam vi-
de scriptum Thome in prima secunde q. 86 ar. 1. Hec autem
macula manet in anima etiam transeunte actu
peccati ut patet ibidem ar. 2. Et quo ad huiusmodi ma-
culam quantitas durationis peccati est infini-
ta ut dictum est quia per peccatum mortale perditur
et destruitur inclinatio naturalis anime ad plenum debitum
quem habere debet ad ultimum finem suum per caritatem
et amorem inherendo et ad ipsum totaliter pergendo
tendo in quo ordine consistit vita spiritualis
creature rationalis et qua destructo spiritualiter mor-
tua est. Et sicut corporaliter mortuus redire
non potest quantum de se est ad vitam corporalem
ita et spiritualiter mortuus quantum de se est redi-
re non potest ad vitam spiritualem. Ex quo patet
quod cuiuslibet peccati mortalis duratio quantum
de se est perpetua est et per consequens infinita. Et
dixi notanter quantum de se est quia sicut cor-
poraliter mortuus ad vitam spiritualem eius
virtute potest reparari. Ex quibus sequitur quod cuiuslibet
peccati mortalis in quo aliquis decedit finaliter
quantitas est durationis infinita. Patet quia quantum
est de se est infinita nec divina virtute de-
lebitur eo quod post hanc vitam non spiritualiter mor-
tuus reparabitur iuxta illud Ecclesiastes xi. Si ce-
ciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem
in quocumque ~~libro~~ loco ceciderit ibi erit. Ista
autem potest esse de peccato veniali quod non maculat
animam et non tollit caritatem que est de-
cor anime. Sed illud declaratur per scriptum Thome prima secunde
q. 89 ar. 1. Ex istis patet aliqua ratio sapere
quod omnis peccatus mortalis punitur iusto

dei iudicio et racione eius penam gehennalem eternam
Et cum iuste dei iudicio habeat meretur patet quia sicut
bene operans iusto dei iudicio meretur premium sic
male operans meretur penam Sed omnis bene operans
ex caritate meretur vitam eternam ergo omnis male operans
meretur contra caritatem penam eternam tota illa
racio patet auctoritatibus preallegatis Et tangit eam beatus
Gregorius li° dyalogorum ca° 36 ubi doctor vide plura
Sed quod eciam habeat meretur racione maioris humane
iudicio patet quia omne peccatum mortale aliquamodo
seu aliquibus modis malicie est infinite igitur
meretur peccans mortaliter penam infinitam iuxta
auctoritatem deuteronomii superius allegatam Sed
cum non infligatur pro illo pena infinita in-
tensive iuste infligitur pena infinita extensive
sine fine Sed ecce quod omnis mortaliter peccans contempnit
despexit dehonoravit et offendit summum primum
principem deum infinite maiestatis igitur Et quia
quanto dignitate alicuius persone committitur in personam
de tanto ceteris paribus ipsum est gravius / quia
ceteris paribus maioris malicie est despicere
principem quam rusticum ut patet ex 4to ethy-
corum Et habet eciam unde tullius primo de officiis et
legibus Et quia a summo bono quod eternaliter haberi
posset et deberet se separat et ipsum a se repellit
Cum quia privacione illius summi boni quod
eternaliter haberi posset et deberet se privat vel in-
dignum reddit Ista tangit Augustinus 21 de civitate dei
capitulo xi Ex quibus auctoritate patet quod omnis qui in
se perimit bonum vel se privat bono vel
se indignum reddit bono quod eternaliter haberi posset
et deberet sine fine hoc sit bonum obiectale vel
formale compositus in actu vel habitu dignus
est malo eterno et per quod pena eterna Sed
omnis mortaliter peccans talibus bonis se privat
et indignum reddit ut ceteris Cum ergo quod talis

veste nuptiali scilicet caritate quam essencialiter habere debebat
et posset et qua habita perpetuus esset summo principi
deo perpetuo quantum in se est privat vel illa se
indignum reddit intellexisset quod ex dictis Augusti-
ni iam tactis. Tunc quinto quod ille maculam contrahit
que est vestis preciosa splendida et conspicabilis
perpetuo quia per splendidus in mundo et conspectu
summi principis existit et semper perpetuo inhe-
rebilis et indignus et impotens manet ad per-
tinendum eidem principi obsequium perpetuo debitum
Tunc quod quia iudicio recte racionis ex humane
sumus subtrahens ab obsequio debito domini sui
sponte et sine racionali causa per omnem actum vel
amissionem actus quam vel quo vel qua post se ab
obsequio subtrahit vel ad ipsum exhibendum
se reddit impotentem meretur pena infligenda
tam diu quam diu obligatus non reddat obsequium
debitum. Idem ergo si reddit quantum in se impoten-
tem ad reddendum illud ut facit peccator mor-
talis. Tunc sexto quod duratio pene correspondere
debet disparitati seu habitudini peccantis ad quam per-
tinendo pervenit et non duracioni culpe. Adulteri-
um quod in momento temporis perpetratur non punitur
pena momentanea. Etiam secundum leges humanas
ut patet per Augustinum 21 de civitate dei capitulo xi. Sed cum
peccans in aliqua civitate ex hoc ipso peccato efficia-
tur talis disparitatis vel habitudinis moralis quod est incor-
rigibiliter tali civitati detestabilis et indignus consor-
tio meretur agrorum civitatis repelli inrracionabiliter vel
per exilium perpetuum vel etiam per mortem. Sed etiam
de peccante mortaliter qui peccando redditur
talis dispositionis quod est incorrigibiliter quantum in se
est contrarius et inconveniens civitati dei que
per caritatem unitur qua ille caret perpetua. Sed
septimo quod omnis mortaliter peccans ponit
se in statu perpetue manendi in mortali culpa

quantum est in se ut patet ex dictis. Similiter qui nullo
peccato claudit diem extremum vite sue creatur manens
in culpa ut patet ex dictis. Iustum autem est non cessare
penam quamdiu manet culpa de quo vide Gregorium
34 moralium tractantem illud Job 41. Faciet
arescere deinde in semetipsam ... et Anselmum. Cur
deus homo capitulo 2... Gregorius 34 moralium super illo
Job 41. Estimabit abyssum quasi senescentem.
Sed dicis quo cessante actu peccati peccator dicitur esse
vel permanere in peccato cum tunc non sit in ipso quod sit
peccatum. Respondeo dicendum ideo quia tunc remanet macula
ut dictum est primo. Contra illa macula non est quia
ut patet ex dictis macula non est aliquid positivum ex peccato
derelictum sed difformitas quedam et privatio in
qua consistit formaliter ratio peccati mortalis actua
lis tamen actu existente vel omissione actus
quia ex ipso actu vel omissione transeunte
vel cessante. Respondeo quod actu tali vel omissione
cessante adhuc homo propter peccatum est in macula
peccati et est ratio/ et si queris non donum virtutis formalis
tamen in ipsa anima tamen intelligentibus accipitur
sicut conceditur quod cecitas est in oculo adhuc
quousque oculus caret visu. Item peccatum est
id est aliquis inordinate se habens ad deum/
vel aliquis peccat vel peccavit mortaliter et
non est reconciliatus per indulgentiam deo sed
manet aversus a deo et obligatus ad penam
/Vel sic peccatum mortale est id est aliquid carens iustitia
debita. Et peccatum mortale actuale est id est aliquid
carens iustitia debita propter actum suum inordina
tum quem facit vel fecit vel propter omissionem actus
debiti quem omittit vel omisit/ peccatum ori
ginale est id est aliquid carens iustitia debita propter peccatum
primorum parentum unde traxit originem/ peccatum
veniale est id est aliquid inordinate se habens ut habuit

peccatum mortale actuale i.
peccatum originale i.
peccatum veniale

agenda vel omittenda circa infidelia bona in finem
ultimum tamquam media ordinata absque destructione
ordinis in ultimum. Et sic patet ad quem sensum peccatum
dicitur esse vel ab reatu actu peccatum dicitur esse
vel remanere in peccato. Quarto dicitur quod homines dampnati
post iudicium sic ab igne infernali cruciari sine
suorum corporum consumpcione. Ad quod vide quod latius
Augustinus 21 de civitate dei capitulo 1 2o et pluribus sequentibus
pulcherrime variis exemplis ostendit hoc non esse
impossibile. Quia cum anima pura unitur corpori et dolere
non pati potest et modo non potest. Item exemplificat
de Salamandra que vivit in igne sine con-
sumpcione. Item sunt quidam montes Sicilie qui semper
ardent et tamen integri manent. Item Abeston est
quidam lapis qui semper accensus extingui non potest.
Ita erit in corporibus dampnatorum. Et licet iste
ignis infernalis non consumat corpora dampna-
torum est tamen corporeus ut patet per auctores supra
Augustinum et Augustinus quas magister allegat in littera.
Et est contra Avicennam et Algazelem. Forte est eiusdem
speciei cum igne nostro ut quibusdam probabilius
videtur quia per talem dampnati sufficienter pu-
niuntur licet habeat aliquas proprietates accidentales
et operaciones quas ignis noster non habet sicut etiam alique aque
fontales reperiuntur diversarum proprietatum et opera-
cionum et tamen sunt eiusdem speciei cum aliis aquis.
Item cum ignes apud nos sunt eiusdem speciei
ex quibuscumque materiis generantur et tamen habent
diversas disposiciones accidentales ut patet de ignibus
qui generantur ex pice sulphure etc. Et de pluribus
aliis apud nos ita conspectis ut declarat Wilhelmus Parisiensis
episcopus in libro de universo ubi dicit quod quidam ignis
est qui aquam comburit cum tamen dicit esse speciei
et est ignis quidam inextinguibilis qui scilicet
nec vento nec pluvia potest extingui qualis
erat ut dicit famosissima illa lampas que in
templo Veneris quondam fuit neque ardebat et

Ignes diversi generis
Wilhelmus Parisiensis

lucebat Albestus lapis qui semel accensus numquam extinguitur vento aut pluvia et est lapis lividi et ferruginei coloris. Item est ignis qui vulgo vocatur aqua ardens cuius confectio ut ipse dicit notissima est et ille ignis nichil consumit quocum afferuntur capilli aliqui aut liniuntur non est alia lucerna nova ad mensam et illuminant ad modum facule / capilli vero semper permanent crudi. Sunt et alii ignes in lacubus vel puteis ipse lacus in quibus et ex quibus continue favillae accenduntur et ardent. Ille igitur ignis infernalis non indiget lignis aut aliis combustibilibus quibus foveatur et continuetur. Sed sicut deus cum aquis supernaturaliter intendit ita cum supernaturaliter conservabit sic et ignem numquam conservare posset, et ignis conservatur in illo usque post resurrectionem / Ulterius est advertendum de modo quo possit salvari quod ignis ille agat in dampnatos sine corruptione corporum eorum. Pro quo notant aliqui quod ignis penes corpori actualiter dicunt sensitiva duplicem potest habere in illud actionem unam quam producit in illud qualitatem similem ei quam habet ignis et illam vocant actionem realem et univocam quia caliditas producta est eiusdem speciei cum caliditate producente et sic de igne qui producitur. Alia quam producit in organo speciem sui et mediante illa cognoscitur sui et istam vocant intencionalem et talia tamen ea quod species sensibilis et etiam cognicio non sunt eiusdem speciei cum obiecto suo. Concedo dicit illi consequentiam quod probabile sit ignem inferni post iudicium finale non agere in dampnatos homines nisi actione intencionali. quia licet actio realis non faciat dolorem sine intencionali / Et tunc ergo est paragraphe / Secundum patet quia continue lignum tale fieret numquam dolet / Tertium patet quia excellens sensibile

ut sit innatum est inferre dolorem quia ut sic est
disconveniens et non ut sit solo immutat inten
tionaliter licet concretur realis tamen si sine tali fieret ad
huc esset disconveniens unde de hoc in Tractatu am
plius Cum igitur pluralitas non sit ponenda
sine necessitate nec miracula ponuntur frustra
Non enim est verisimile quod deus circa eos ve
lit miracula multiplicare ultra id quod requiritur
ad punitionem eorum in statu Sed ponendo actionem
intentionalem solo eundem ista salvantur et
paucior miracula ponuntur quod patet quia si cohibet
ignis actionem realem in corpore dampnatorum
tunc potest in ea inducere calorem tam excel
sivum quod non erit in eius libera qualitate mixte com
plexioni que requiritur ad vitam hominis Si
ergo illud non reducit sed morem tunc suppo
ditur quod ad aliquam actionem supra naturalis et sic ad
miraculum Sed dicendo videtur quod secundum illam viam
oportet ad minus tot miracula ponere sicut secundum aliam
ponentem actionem eius realem Quia ex quo iste ig
nis est eis sufficienter applicatum et non agit in
eos hoc non potest fieri nisi per miraculum Item secundum
illam viam oportet ponere aliud miraculum quia
naturaliter immutatio intentionalis excessiva causat
dolorem et dolor excessivus tandem occidit
ut patet de Anthiocho in Machabeorum Item
3a Si beati ponuntur in illo igne immutarentur
intentionaliter et tamen non dolent igitur ad dolo
rem non sufficit actio intentionalis Item 4o
actio intentionalis videtur esse magis delec
tatio operanti et eius perfectiva quam dolorosa
igitur // Ad primum dicunt aliqui quod post finale
iudicium nulla erit generatio aut corruptio
nec aliqua realis actio secundum qualitates activas
et passivas ad invicem contrarias quia tunc
cessabit motus celi qui est primus motus et omnium aliorum

motus celestes sunt essentialiter subordinati. Ergo destruc-
to primo in aliqua ordine essentiali destruitur omne
posterius. Et ergo tunc ignis non agit in corpora
dampnatorum nam est miraculum speciale vel erit
ex suspensione actionis sue naturalis solum tunc que
movetur sed ex defectu prioris cause scilicet motus celi
et erit secundum statum illum finalem ad quem omnia
entia finaliter tunc reducta sunt. Sed illud non videtur
esse verum quia prioritas motus celi respectu aliorum
motuum non est prioritas cause aut alicuius propter
quam alia dependent essentialiter sed est solum quod
prioritas perfectionis in aliquibus conditionibus motus
que sunt regularitas et velocitas. Ymo secundum philosophum
2o de generatione motus celi nichil facit ad generationem
nisi quod adducit generans generabile et applicat activa
passivis. Ubi ergo sine motu esset generans eque
approximatum eque aget qualiter esset in isto.
Aliter igitur dicitur ad articulum quod corpora dampnatorum
tunc non corrumpentur absolute loquendo propter mira-
culosam actionem divinam perpetuo suspendentem
actionem contrariorum intrinsecorum ipso mixto
et hoc erit quoddam miraculum utriusque vie. Secundum
viam ponentis solam actionem intentionalem, nam corpora
dampnatorum est poene miraculosam suspen-
sionem contrariorum extrinsecorum quod tamen non est
novum miraculum sed reducitur ad illud ad quod suspen-
sio actionis contrariorum ad invicem ut scilicet propter statum
finalem ad quem reducti sunt. Deus respondit talibus
ab effectibus suis ut in pluribus quod sic exponentur de-
structionem compositum. Qui autem ponens esse ibi
actionem realem, licet poena intensissima caliditate
qua agit in corpus dampnati sunt perpetue cum
conditionibus frigiditatis solum contrariis requisitis ad vi-
tam mixti. Ideo si corrumperet illam frigiditatem
tunc staret vita perpetue sine complexione huius
ad vitam requisita quod utrumque est miraculum
novum non reducibile ad primum. Et sequitur per
multiplicationem miraculorum sine necessitate quod non

sequitur ad aliam viam Ex qua sequitur responsio ad
obiecta primo et secundo quod de dolore dicitur post de
suspensione contrariorum et unisonorum vel aliorum
etc. Tunc ad aliud de beato dicitur uno quod spiri
bus supplet suas perfectiones nullum possibile est extol
lens nec sibi proportionatum Et ergo quamvis eius
immutantur intensionaliter non tamen dolorose Secundo
dicitur quod appetitus spiritualis numquam causatur do
lor in beato est perfecte quietatus et completa sanatus
delectatione sensuali que excludit omnem tristi
tiam et etheorum et patet si enim illud possibile
esset excellentis sensui eius Adhuc non causaret
tunc dolor supplet tamen dictum Ad ultimum dicitur
quod operatio non proportionata non est delectabilis
ut patet in visione solis Sed aut est in proposito
quia est circa obiecta dispositionibus valde proportionatis
tamen non abstantibus non est omnino tamen ignem
in spiritu non agere in corpora dampnatorum solis
et ignibus hoc patet secundum communem viam et
deus potest ad hoc miraculose corporalem vitam
dampnatorum conservare et non est tamen quod non
velit hoc facere Nam deus posset coagere igni
ad introducendum in corpus calorem valde
intensum non tamen incompossibilem cum complexi
oni sub qua vita potest stare et tunc pervenit
miraculum quod non coageret igni ad totum effectum
neque posset sibi debitum proposset autem deus coa
gere igni ad producendum summum calorem tota
liter incompossibilem dicte complexioni Ulterius hoc
quod destruatur vita deo operante miraculose et
conservante vel si non tota complexio mixti destru
eretur tunc summa caliditas introducta ab
igne staret cum frigiditate sibi contraria
quod item est miraculosum Et si fiet secundum primum
modum scilicet secundum suspensionem per talem actionis
videtur quod ille modus non multiplicant mi-
racula quod illud reducetur ad suspensionem in
tensionum contrariorum Verum si ad tam

doloris requiritur realis actio tunc per specialem suspensionem
actionis ignis minueretur dolor dampnatorum
quia diminuta causa diminuitur effectus Si
necessaria ad causandum dolorem illa actio realis non
requireretur tunc frustra poneretur et sine ne
cessitate Sed circa illam materiam occurrit alia
magna dubitatio quomodo demones cum sint spiri
tus incorporei et ille ignis corporeus possint cru
ciari ab isto igne Similiter et de intellectiva
Pro quo est advertendum quod de isto sunt satis multi
modi dicendi Tamen sanctus Thomas dicit quod ignis
licet ex sua natura quod spiritus sibi iungi possit ut locato
locatum Sed ordinatum est in instrumentum divine
iustitie ut ipsum spiritum quodammodo retineat alligatum
Et in hoc veraciter ignis ille est spiritui noxius et
ita spiritus illum ignem ut noxium videns ab ipso
cruciatur Illam positionem Scotus late prosequitur
Secundo [illegible] cum licet dolor proprie dictus qui est pas
sio appetitus sensitivi non sit in eis tamen tristitia quam
habent de igne infernali tamquam detinente et obviante
et inmutante [illegible] in illis et illa apprehensionem et
volitionem [illegible] per modum disconvenientis Ignis
autem iste sub duplici ratione apprehenditur ab eis
ut disconveniens primo ut detinens spiritum diffi
nitive Secundo ut inmutans ipsum obiective Quantum
ad primum apprehendit ignem tamquam disconvenientem
quod licet spiritus habeat se indifferenter ad omnem locum
quia tamen detinentur in illo igne propter [illegible]
divina voluntate et hoc contra voluntatem
suam Igitur ex hoc habet vehementem tristi
tiam Illud autem nolle detineri oritur in ipso
ex affirmatione [illegible] secundum quod appetit libertatem
potentie sue motive et augetur per superbiam et
confirmatur per invidiam etc. Et sic ipsum est primo
detentio eius ab igne que quidem detentio est a
deo effective et ab illo igne formaliter quod est
instrumentum dei [illegible] deus autem [illegible]
detinet Secundo est in ea apprehensio illius detentionis

per modum distancientes incoeptum scilicet est impedimento
libertatis sue etc. Secundo nolle est illius quod non est in potestate
ipsius quia deus apprehensive tanquam con cum in illo
primo electo et uniformiter ad illud autem sequitur
vehemens tristicia per quam formaliter cruciatur
eo modo quo possibile est spiritum cruciari Illa autem va
licio principalius est ratione detencionis active dei
et passive sive detencionis ab igne Et pro
qualiter immutetur ab igne abiective est dicendum
quod ad hoc similiter intellectus eius angeli apprehensive
dampnatus determinatur ad intense considerandum
ignem et hoc sicut fit ab igne effective contra
voluntatem angeli Adeo tamen est principaliter effec
tive ignis eius ex sicut hoc non possit Et illam de
tencionem plus odit angelus quam detencionem lo
calem ab igne quia plus delectatur in nobilibus
vis intelligencie quam potencie motive Adeo ibi
consequitur maior tristicia Secundo apprehendit tale
determinacionem Tercio odit eam quod oritur ex affecti
one contrarii qua vult uti sua libertate in predicando
do augmentatur ex superbia qua vult uti sua
intelligencia ad impetum sue voluntatis et consumma
ex invidia qua odit adeo delectari Quarto hoc apprehen
sionem et eius conditionem quod ita est eum esse apprehensive
detentum Ex quibus sequitur quanto vehemens tristicia
in voluntate et maior quam primo ut dictum est
Sed contra illud modum dicendi Arguitur quod si sic solo
spiritus cruciatur ab igne tunc eque possit affligi
in lapide vel in sale vel celo empireo vel in
pulcherrima camera si ibi contra velle suum deti
neretur et immutaretur abiective per hoc dicunt
Alii quod licet isti modi affligendi spiritum dampnatum
sint veri non tamen sunt sufficientes Sed ultra
illos omnes adhuc est alius modus qui non dum
a doctoribus est inventus Dicunt dixerunt aliqui
modum quod ignis ille valet per duos per validi
tatem in spiritum quod sicut indivisibile potest esse subi
ective in divisibili et quasi divisibile potest esse in indi
visibili Et illam apprehendit spiritus tamquam disgregativum

Et sit ulterius ut prius Sed illud non videtur va
lere quia data illo quod assumitur non videtur
unde illa caliditas esset disconveniens spiritui magis
quam frigiditas opposita aut albedo vel nigredo
aut quecumque alia qualitas cum talibus qualitatibus non
sit magis contraria secundum se spiritus aut cuicumque disposi
tioni sibi inexistente quam quecumque alia Et ideo procedit
magis concedere quod quemadmodum sanctus potest salvari quo
demones ex inferno exeuntes cruciantur ab hac
ab illo igne licet non sit cum eis quia semper vident
eum ut eis impositum et in eorum malum preparatum
Unde cum visio et apprehensio ignis sub ratione
disconvenientis et noliti eius semper tandem rei
sit immediate affligens et contristans ut demon
est ubicumque sit ab igne affligitur sicut et
captivi extra carcerem exeuntes a carcere aliqua affli
guntur dum cognoscunt se ad carcerem dampnatos
natos Unde sicut gloria electorum a nullo
minuitur Nec quando cum ad presens conveniale vel
actuale si aliquis extra celum empyreum sint qui
locus quodammodo in toto gloriam reddit ita etiam
in nullo minuitur pena dampnatorum si ex
in in (?) ex divina dispensatione ad tempus
paratur Vel si tristitia quam habet spiritus ex
determinatione ad istum locum et ignem aliquantulum
minuitur ex hoc quod quandoque liberius utuntur potentia
motiva illud potest sibi recompensari aliunde a
divina iustitia Et ideo dicit glossa Iacobi 3 Dyabolus
aliud ubicumque sit sive sub aere sive sub terra
secum fert tormenta flammarum Sequitur :—

Octava veritas Quod boni possidebunt
vitam eternam : . . .

Et ipsi cum Christo gloriam sempiternam possidebunt
Hec est ultima clausula istius partis in qua
tangitur octava veritas catholica et theologica
Et est ista quod boni post finale iudicium mecum
pace et aeternum etiam possidebunt gloriam
sempiternam Ista veritas patet ex sua diffinitione

preparata quam iudex christus in illo iudicio eis dicet Ve-
nite benedicti patris mei possidete paratum vobis
regnum a constitutione mundi Mt 25 Item veritas
ista et precedens patent ibidem in fine ubi di-
citur Ibunt hii in supplicium eternum iusti autem in vi-
tam eternam Similiter patet in multis aliis sacre scripture
et sanctorum auctoritatibus Et est istud contra
errorem Origenis ponentem quo dixit beatos
quosque iterum miserias penarum esse revoluen-
dos ut dicit Augustinus 21 de civitate dei 17 Est etiam
contra errorem philosophorum ponencium circuitus temporum
et animarum quem errorem tangit et reprobat
Augustinus libro 12 de civitate dei capitulo 13 et capitulo 20 Est
etiam contra Platonicos dicentes animam beatam esse non
posse nisi exuta foret corpore Contra quos di-
sputat Augustinus libro 22 de civitate dei capitulo 17 et 18 Pro-
latum circa istam veritatem est advertendum quod
quamvis gloria sempiterna non est nisi vita eterna se-
cundum beatitudo hominis dicitur aut beatitudo unico
pro obiecto beatifico Et sic capitur a Boecio 2°
de consolatione prosa 10 pro clara intuitione et
faciali dei visione iuxta illud Iohannis 17 Hec est
vita eterna ut cognoscant te verum deum etc. Secundo
capitur pro actuali amore dei clare visi et sic
capitur a beato Augustino et aliis etc qui vocant
fruitionem beatitudinem Tertio pro delectatione vel
gaudio consequente ubi dicit beatitudinem
esse gaudium Quarto et magis communiter accipitur
pro aggregato ex tribus predictis et omnibus aliis
pertinentibus ad statum beati que numerat Anselmus
in libro de similitudinibus Et sunt septem dotes
Septem dotes corporis Et septem anime
pertinentes ad statum corporis scilicet pulchritudo
agilitas fortitudo libertas sanitas voluptas
et longevitas Et septem dotes pertinentes
ad animam scilicet sapientia amicitia concordia ho-
nor potestas securitas et gaudium Et sic Boe-
cius describit beatitudinem 3° de consolatione

Est status omnium bonorum aggregatione perfectus Et 2m Beatitudo
Augustinum in libro de trinitate beatitudo secundum omnem
tam sensum est sufficientissima competentium quadorum
sine omni indigentia Alii distinguunt aliter de
beatitudine quod quedam est obiectalis et est ipse deus
gloriosus Alia formalis que est quedam participatio et
similitudo beatitudinis obiectalis et illa per se et proprie quedam
etiam dicitur beatitudo hominis essencialis est perfectio actualis
mentis racionalis qua unitur ipsi summo deo per intellectum
et voluntatem Secundum in extravagante domini Bene
dicti 12 que incipit Benedictus deus determina
tur quod ex divine essencie visione et fruitione
anime sunt vere beate Nam ad rationem talis beatitudinis
est quod sit prima et ultima perfectio hominis ad quam
sunt ad finem hominis omnes alie perfectiones huma
ne ordinantur Ex quo sequitur quod nulle perfecti
ones corporis aut anime quantum ad partem sensitivam
habere possunt rationem beatitudinis essencialis hominis
2m quod et communiter libet prima pars satis patet ex imme
iam dictis quia perfectio corporis et anime quoad
vires inferiores ordinantur in perfectionem virium
superiorum que sunt intellectus et voluntas Secunda
pars patet quia secundum diffinitionem Boecii ad beatitudinem
hominis pertinet quicquid pertinet ad eius perfectionem sive
secundum corpus sive secundum animam Et ita etiam videtur
loqui beatus Augustinus 13 de trinitate de beatitudine dicens
Quod beatus est qui habet quicquid vult et nil mali vult
Ex quo sequitur ulterius quod perfectiones corporis
humani et virium inferiorum post resurrectionem
corporis in ipso beato pertinet ad eius beatitudinem
eo quod tunc vult talia habere Ex quo sequitur quod
beatitudo sanctorum hominum et sanctarum animarum
erit maior extensive post iudicium quam ante patet
quia tunc habebunt beatitudinem quo ad vires super
iores et inferiores et maior quo ad dotes Et
tunc anima gaudebit non solum de bono proprio
sed etiam de bono corporis et de gloria omnium electorum
Sed circa hoc occurrit dubium Utrum beatitudo

carnem etiam erit maior intensive Et multi doctores tenent
quod postquam tunc anima erit in esse suo perfectior quam ante
et ideo tunc perfectius patitur motum in obiectum beati-
ficum Anima separata nata est esse per se manens et ad hoc
naturaliter inclinatur sed ideo quando est in toto perfectiore
habet modum essendi quo ad esse suum naturale
Et ista est intencio sancti thome Bonaventure
et Petri in 4 l. di. 49 et hoc probant ex intus et hoc
pars ibi videri Ex quo infertur quod anima ante resump-
cionem corporis propter desiderium suum naturale ad cor-
pus retardatur ne adeo perfecte feratur in deum
sicut post ea fertur resumpto corpore // Et hoc sentit
etiam Augustinus super genesim ad litteram usque finem // Bo-
naventura tamen in quarto opusculo istius tenet
ubi etiam venit ad hanc aliam oppinionem
ut patet ibidem Ex dictis superioribus ad quartum respondetur quod
persona capax dei premanentibus et amorem non potest
esse aliquo bono creato beatifice quietare patet quia
ut patet ex dictis beatitudo est ultimata perfectio
nature rationalis Consistit autem secundum Aristotelem 10o Ethicorum
in optima operatione optime potencie respectu optimi
obiecti // Secundum est quod si voluntas creatura possit
habere tamen gaudium intensive vel magis in bono
creato quam etiam anima voluntas habet in bono increato
nam tamen propter hoc possit in eo beatifice quietari
Tales namque obiectum creatum non est sufficienter
determinatum appetitum suum // quia si in tali casu
homini creature diceretur quod ad hoc esset unum
creatum obiectum improportionabiliter perfectius et
ipsum firmiter assentiret statim desideraret
illud videre Et ideo talis fruicio vel gaudium
non quietaret cum utilitate Et ideo dicit beatus
Augustinus in confessionum ca 1o Domine fecisti nos
ad te inquietum est cor nostrum donec requiescat
in te Et iterum quinto confessionum ca 4o eo
dicit ad deum infelix homo qui scit omnia
ista te autem nescit Beatus autem qui te scit
etiam si ista nesciat Qui vero te et ista novit

non propter istam beatitudinem sed propter te solum beatus est. Secundo
circa voluntatis creature beatificam quietationem non solum
attendenda est potencia formalem visionem fruitionem
et delectationem sed etiam potencia consequentem obiectiva-
lem. Ex quo sequitur quod si clara et intuitiva
visio divine essentie posset creata manente in creatura
rationali desineret esse visio dei et inciperet esse visio
creature ipsa desineret esse visio beatifica et creatura
illa desineret esse beata. Patet quia amplius non fruitur
in obiectum beatificum seu beatifice quietatum.
Et etiam patet ex aliis quia vel talis creatura scit quod
talis actus terminatur ad deum vel non. Si non
tunc esset inscia quod non scit aliquid quod pertinet
ad beatitudinem suam. Si scit tunc statim ipsa
esset inquietata donec veniret ad dei visionem
iuxta dicta Augustini. Ex quo sequitur quod si esset
aliqua creatura infinita in bonitate essentiali
ipsa non posset voluntatem creaturam beatificare. Ex qui-
bus etiam patet quod rationalis creature capacitas licet sit
finita subiective est tamen infinita obiective. Prima
pars patet quia solum finitorum est capax isto modo
tali circumscripto. Secunda pars patet ex dictis. Est tamen
hic advertendum circa illam capacitatem quod
licet sancti inequales habeant gradus beatitudinis
essentialis iuxta illud salvatoris Joh. 14 In
domo patris mei mansiones multe sunt, pro ex-
igentia enim meritorum erit gradus premiorum,
unusquisque tamen secundum exigenciam sue capaci-
tatis satiatur et omnibus desideriis totaliter qui-
etatur. Unde bene reddit beatus Augustinus 22 de
civitate dei capitulo ultimo dicens: Sed tamen beata illa civi-
tas magnum in se donum videbit quod nullus
inferior ulli superiori invidebit sicut nunc
non invident archangelis ceteri angeli, tam nol-
lent unusquisque quod non accepit quam sit
pacatissime concordie vinculo ei qui acce-
pit astrictus. Cum nec in corpore vult oculus esse

Subiective
obiective

hoc quod non est digitus tamen membrorum ut ipse obtineat
totius corporis parata congregatio. Sic itaque habebit
dominus alius alio maius ut hoc quoque dominus
habebit nec amplius velit. Ex quibus patet secundum Augustinum
duplex ratio quare sufficientia et quietatio appeti
tuum et plena sanctitas est sanctis ex inferioribus
qui minorem beatitudinem receperunt. Una quia
unus sanctus non invidet alteri de bono ex magis
quod alter recepit. Invidia enim nulla ibi esse po
terit. Secunda ratio est quia voluntas dei est perfectis
sima ita quod nullus velit habere quod non accepit. Sic
in corpore est talis parata ymago ut nec di
gitus velit esse oculus nec pes digitus quamvis
grave sustineat pondus. Et 3a ratio addi potest
quod unicuique sanctorum suum sufficiens est nec amplius
capere potest conformaliter letius cum sic anime ca
pacitatem que per exigentia meritorum beatifice
totaliter satiata. Dicit enim ut ayt Prosper in de
vita contemplativa capitulo ... corporalis preditus
omnibus sanctis equantur licet quamvis singulis non per
ceperint equaliter sed ut ad equaliter capiendum
capere dispositi sunt ita omnes sancti et si fuerit
aliqua graduum et meritorum suorum diversitas
omnes tamen sunt de suis premiis plene
contenti et sine ambitione maioris glorie
totaliter satiati. Quartam rationem assignat
Augustinus super Johannem omelia ... super isto In domo
patris mei mansiones multe sunt dicens quod
ibi est mutua caritas concordia et amor con
tinua qui ita amorose ad invicem congluti
nati sunt et unusquisque in se habet quod in a
lio amat. Unde secundum Augustinum de perfectione caritatis
24. Sic omnes hoc invicem perfecte diligunt
ut non aliter gaudeat unusquisque pro singulis
aliis quam pro se ipso. Et propter illud ineffabile
gaudium quod habet unusquisque de deo ex eius
clara visione sancte ad similitudinem dei qui est trinus

in personis et unus in essentia et eius beatifica fruitione
et sanctitate de ista perpetua fruitione et in illa per
fecta caritate in inestimabilium sanctorum angelorum et
hominum tanta materia et occasio gaudendi ut tam
unusquisque gaudeat quantum mens sua capere
possit de cumulis gaudiis pluribus singulorum
de isto sanctissimo omnium sanctorum collegio quod divina cle
mentia ad augmentum beatitudinis singulorum sanctorum
congregavit atque ex hoc quod periculis mundi ipsi se
periculum evaserunt quod impios et crudeles hos
tes superaverunt quod omnes defectus vicerunt vel
commissa pro peccatis correxerunt quod et nos infini
tam lamentabiles cruciatus ex dei clementia
evaserunt. Ex iste igitur patet quod in ista celesti ci
vitate est mutuus amor et concordia celi
civium sanctus et totalis quietatio omnium volun
tatis appetitum copia omnium desiderabilium in bonis
animarum et corporum. Et hoc pulcherrime tan
git beatus Augustinus in libro meditationum suarum
dicens Grata est ei quod homo recte amat
quod desiderat et quod mente delectat. Contra sunt
contra Catharos dicentes omnes esse in gloria
equales. Sed tunc circa illud occurrit Dubium
Utrum cum potentie in sensibus erunt in
actibus semper [illegible]. Et respondet Scotus
quod non videtur necessitatem quod sensus pertinentes
ad nutritionem tunc [illegible] nutritio
cum non sit necessaria quod non erit corpus male
id est indigens alimentis. Aliqui tamen hic possent
esse in actibus suis quorum actus non requirit
imperfectionem concomitantem. Ut visus et au
ditus qui sunt magis spirituales. Multis
tamen videtur probabile quod sensus exteriores
in beatis post resumptionem corporum beatificari
[illegible] continuissima actuatione
et hoc vel ex influxu [illegible] [illegible]

vel aquarumque alio celorum influxum supplente quoque
tunc principaliter corpus dotibus glorie in videtur
quod a fortiori celo sorbe vires spirituales eciam per
mittetur circa actus proprios Ad quas forte immu
tabuntur per obiectales influxus obiectorum
suorum propriorum quantumque divina disposici
one in hac celesti regione exeuntes / vel for
te divina essencia talem influxum supple
te que est libris omnia in omnibus potest eciam
esse ut corpus glorificatum Christo suppleat
obiectalem influxum obiectorum quoque sen
sus sicut supplet obiectum visus vel si tenore
valuimus quod sensus erunt ibi in actibus suis
ex obiectali influxu propriorum suorum obiectorum
Tunc dicendum videtur quod corpora gloriosa sunt
colorata et in illo colore immutant sensus
visus ad actum videndi / Sicut eciam circa
de auditu dicit glo. super id psalmi Exulta
ciones dei in gutture eorum quod tunc erit
ibi laus vocalis et per illorum auditus immutari
et potest vox formari / vel per sonacionem et
circulacionem corporis celestis quod forte transmis
sibile est / vel forte deus in loco forma
cionis vocis ut in ore et gutture conservat aerem
in quo per eius sonacionem fiat vox que postea
per spheram celi multiplicet species audibiles ad
auditum beatorum Dicendum quod corpora beatorum
gloriosa erunt fragrancia et sic per species mul
tiplicitas ad olfactum actuat ipsum / Au
gustinus dicit sic - quod deus convicabit lique
bente Quonorum vinum convenientissime sa
pidum quo potentie consumabit et ille gustum
immutabit optime gustum beato / De tactu
potest dici sicut Augustinus quod deus ipsum actu
et per generacionem aliorum modum vel quod divina
essencia supplent influxum obiectalem obiectorum

premiorum istius sensus est. Et notandum quod
duplices inducit delectationes ipsius sensibilis forma
est propter perceptionem abiectorum sensibilium ad indige
ne suppletionem propter salvationem in animali vel spe
ciei generationem et tales delectationes ibi cessabunt quod
et causa cessabit. Aliam inducit propter statum nectis
que a sensibus incipit et ista consequitur actu
sensuum incorporalibus glorificatis informatorum ipsorum
sensuum. Ex his igitur patet quod omnes illi sensus
premiabuntur per applicationem convenientissimorum ob
iectorum eo modo ut dictum est. Secundo e contrario
erit in inferno depravatione sensuum dampnatorum qui
peccaverunt vel saltem actum peccandi perpe
traverunt. Sicut in beatis contrario modo. Nam
in inferno contra illos remanebunt sensus infectorum
fetidissimorum et abhominabilium sensibilium ob
iectorum pessimi odoris et saporis et ita de
sensibus aliis quemcumque quo puniri debet in
eo in quo peccavit. Et contra hec ut tangit
dominus Wilhelmus parisiensis in fine sui libri de vir
tutibus infernus est tamquam cloaca vilis omnium
fetiditatum mundi sentine que remanent imperpetuum.
Sicut per oppositum celestis ista regio est locus a
menissimus pulcherrimus clarissimus delecta
bilissimus et bonis omnibus copiosissime
contentivus. Ubi namque secundum beatum Augustinum
in suis soliloquiis est gaudium infinitum
leticia sine tristicia salus sine dolore vita
sine labore lux sine tenebris vita sine mor
te omne bonum sine omni malo. Ubi iuventus
numquam senescit. Ubi vita terminum nescit. Ubi de
cor numquam pallescit. Ubi gaudium numquam decres
cit. Ubi dolor nullus sentitur. Ubi gemitus
numquam auditur. Ubi triste non videtur. Ubi
leticia semper habetur. Ubi malum non timetur
quia summum bonum possidetur quod est videre
faciem domini virtutum. Ista que predicta sunt de

vera habemus felicitate et beatitudine Sunt tamen mul
tos phylosophi qui posuerunt felicitatem consistere
in aliis quam in dei congnicione et fruicione Qui
dam namque eorum dixerunt illam consistere
in diuiciis Alii in honoribus Alii in corporali
sanitati Et alii in carnalibus voluptatibus ut
patet primo ethicorum et per Bacium in de consolacione phye
Talia eciam sunt contra iudeos et sarracenos dicentes
quod post resurreccionem erit usus ciborum et
veneorum ponentes beatitudinem et paradisum
carnalem Contra quos Christus ait Mathei 22 capitulo
et luce 20 dicit Hinc [illegible] in resurreccione neque nubent
[illegible] 12 [illegible] est contra hereticos [illegible]
[illegible] augustinus dicit 20 de civitate dei capitulo 1 quod
asserunt [illegible] in modicatissimis cibis et potibus
vacaturos Sed isti omnino bestiales sunt pecu
dum vitam eligentes ut dicit eciam aristoteles primo
ethycorum sequitur

Quot vna est vniuersalis ecclesia

Vna vero est fidelium universalis ecclesia extra quam
nullus omnino salvatur in qua idem
sacerdos ipse est sacrificium Ihesus Christus cuius
corpus et sanguis in sacramento altaris sub speciebus
panis et vini veraciter continentur transsubstanciatis
pane in corpus et vino in sanguinem potestate
divina ut ad perficiendum misterium unitatis
accipiamus ipsi de suo quod accepit ipse de nostro
Et hoc utique sacramentum nemo potest conficere nisi
solus sacerdos qui rite fuit ordinatus secundum cla
ves ecclesie quas ipse concessit apostolis eorumque
successoribus Ihesus Christus Ista est prima pars de de
[illegible] [illegible] prima [illegible] qua
[illegible] ecclesie principes agit de misterio [illegible]
[illegible] / et patet ista pars sicut
et precedentes dividi in octo particulas secundum quod
octo ponit hic theoricus et catholicus veritas
/ [illegible] vero ille [illegible] [illegible]

Sequitur prima veritas

Prima veritas est Quod una est universalis ecclesia.
Ista veritas manifesta est ex scripturis sacris et aliis
symbolis Unde in symbolo apostolorum dicitur Credo
in spiritum sanctum sanctam ecclesiam catholicam Et in symbo
lo Niceno Et unam sanctam catholicam et apostolicam
ecclesiam // katholica autem grece idem est quod universalis latine
De hac ecclesia veritate habetur 24 q. 1 qui pro toto
patet hinc tamen veritatis declaratione advertendum quod hoc
nomen ecclesia multipliciter capitur in scripturis sacris
in canonibus et dictis sanctorum Nam uno modo capitur
pro edificio constructo et sanctificato ad hoc ut sit domus
orationis et divini cultus 2o capitur pluries
in byblia ut notum est pro convocatione Unde
apostolus 1 cor. xi dicit numquid domum non habetis
aut ecclesiam dei contempnitis De hac ecclesia habetur
di. 1 de fabrica et pluribus aliis locis 3o capitur
ecclesia pro clero 1 q. 1 Cure 4o capitur pro qua
cumque prelatura ecclesie 1 ne prelati vices suas
etc. quo enormis 5o capitur pro qualibet ecclesie
stasticis 63 di. ca. 1o // 6to pro maiori parte capitu
li 10o di. capitula // 6to restringit ad dignitates
maiores ecclesie 63 di. ca. ult. x q. 1 Antiquus
et 1 de re. iu. scito. Cum ecclesia // 7mo capitur pro
qualibet ecclesia provincie vel dyocesis 1 de aucto.
et usu pallii ca. 1o // 8vo pro beneficiis eccle-
siasticis ecclesie pro venientibus 1 ne prelati vi
ces suas etc. ca. 3o et ult. // 9o capitur generaliter
pro qualicumque hominum congregatione Nam ecclesia
grece idem est quod congregatio latine // 10o capitur specia
liter pro congregatione hominum una lege vel secta
cognexorum et sic congregatio iudeorum potest
dici ecclesia iudeorum Unde et malignantium
Et de hac potest intelligi psalmus illud Odivi ecclesiam
malignancium // 11mo capitur pro congregatione
omnium hominum fidelium christianorum sic hec profitentium
et sic heretici et scismatici etc. dicuntur membra
ecclesie quia licet tales aliquos articulos fidei non

credant tn xpo dicunt se veros xpianos esse et verum et
fidem xpi se hre // 12o capitur magis stricte p
tempore gracie cum habent veram fidem xpi habe
tis Et sic heretici et scismatici non dicuntur ut
sunt membra eccle ut pz 2 l q 1 per totum et
in multis aliis locis // 13o pro tempore gracie cum fide
lium incaritate existens Et sic fideles in peccatis
mortalibus existentes non sunt membra eccle
Ista tn acceptio multiplicatur per variari limi
tari et restringi scdm multiplicitatem presentium et
preteritorum et futurorum vel scdm diuersitatem
in hac vita vel in alia existencium Nam fide
lium alii vero per fidem et caritatem vnitorum Qui
dam in presenti vita contra dyabolum et mundum
pugnant et vocantur ecclesia militans Alii vero
in celesti patria gloriose resident coronati et di
cuntur ecclesia triumphans Quarto capitur
ecclia pro corpore xpi mistico Augustinus dicit
ad ephesios 1o ipsum scilicet xpm dedit caput super
omnem ecclesiam que est corpus ipsius hoc
autem corpus integratur ex omnibus sanctis
angelicis spiritibus et cunctis hominibus et iustis ha
bitis presentibus preteritis et futuris siue illi
in presenti vita militent siue ipsi vel eorum
anime in purgatorio purgatorias penas persoluat
vel in celesti gloria triumphanti In hac enim
est dicendum corpus xpi misticum et corpus
naturale Nam corpus naturale habet omnia mem
bra sua sibi Membra autem corporis mistici
non sunt omnia simul neque contum ad esse nec
quia corpus eccle constituitur ex hominibus qui
fuerunt ab inicio mundi vsque ad finem eius
Neque etiam quantum ad esse gratie quia eorum qui sunt
in uno tempore quidam iam habent gratiam quidam
vero ista carent postmodum gratiam habituri Et i
ter has eccle acceptiones reperiuntur adhuc

205 409

alie Nam capitur quoque ecclesia pro congregatione omnium pre-
latorum vel omnium personarum quarum quelibet guberna-
tionem habet aliquorum plurium in spiritualibus vel pro congre-
gatione omnium maiorum prelatorum ecclesie vel pro congrega-
tione cetuum tamen papa quod nullus habet presidere
in spiritualibus nisi papam Etiam non nunquam sumitur
pro ipso papa et cetu cardinalium. plus adiecta pro sua
cotidiana distinctione Ecce tunc quod varie accipit
nomen ecclesie in decretis statutis et communi locutione Quo vero
sumitur in premissa modo cum dicitur in textu Vna vero
est fidelium universalis ecclesia adhuc remanet dubium
Ad quod potest responderi quod ibi generaliter pro congregatione omnium
hominum veram fidem christi habentium ut tactum fuit su-
perius in 12a acceptione Et potest ab ecclesia excluduntur
omnes heretici scismatici ecclesiam dei scindentes et
dividentes De quibus dicit Cyprianus et ponitur
24. q. i Cristiana alienus est prophanus est hostis est
habere non potest deum patrem qui universalis ecclesie non tenet
unitatem potest autem esse potest suprascripta talis descriptio Ecclesia
est congregatio vel congregatio ierarchia actualiter
vel habitualiter colentium et confitentium donum fidei
christiane legis ritum / Dicitur autem primo congrega-
tio ierarchia quod in ecclesia est debita et conveni-
ens ordinatio inferiorum ad superiores usque ad unum
principatum Ideo est quod beatus dyonisius in libro
de ecclesiastica ierarchia pro toto fidelium una parte
ierarchiam celestem ad imitandum quod fidelium
una est ecclesia In libro autem de angelica ierar-
chia distinguit celestem in tres ierarchias Ie-
rarchia autem ut patet sacer principatus a ieros
quod est sacrum et archos quod est principatus Et de-
scribitur sic Ierarchia est rerum sacrarum et ra-
tionalium ordinata potestas debitum retinens ducatum
Unde est quod in ecclesia militante unus
supremus ponitur ierarchia et princeps
summus scilicet vicarius christi videlicet dominus papa a quo omnes

potestas nrã in aliis eccle membris inetc vel imetc
dinatur dicitur eccl actuar vel habitualiter dcum
talementum ne actuar prt adultos et habitualiter
prt parvulos habitum fidei nisi confusse habitos Sz
d. quo pot illomo hic sumi tum ipsa ecclia est
sponsa xpo plu unita z alii eo spuar unificata ut
pz p Cipriano z e q i loquitur tum ths multa
membra ecclie sit suspte sint p pcca mortalia
a xpo sepata et p quos spuar mortua nã ecclia
est multas xpo fidem hre et ths gratificante gra
qua unificarmur tamen Ad q rñ q licz talis
fidem xpo hns sine gra no unitur xpo simpr
ut se heat vitam gre eo q illa fides mortua
sit charitati eo unitur ths plu cum q ut sz sit
unitz pcipiat a xpo actum qdam consimilem
aliquo mo actui vitali sz tamen sicut si membr
mortificatum movetur aliquo aliquo vel
aliu pot dici q imparata capitur ecclia p congre
gatione om fidelium metuntate exutica Aliqua
Aplus ad ephe. 5to ait q xpus dilexit ecclia
et semetipm tradidit p ea ut illa sanctifi
caret mundans eam lavacro aq in vbo vite
ut exhiberet ipse plu gloriosam eccliam non ha
bentem maculam aut rugam aut aliquid
huiusmodi ß ut sit sancta i maculata Que vba
tractans btus Gg 3a mor ca 3a dicit q
p maculam turpitudo opis z p rugam dupli
citas designatur itaqz ecclie sunt qui in
ea duplicant verum qui fidem vocib clamat
opibus denegant Et inscripti eo dicit macu
lam quippe et rugam ecclia no habet q
et turpitudinem opis et duplicitate sermonis
cavet Hic ecc dicitur z e q i omiliqubi
scdm Glo p macula mortale pccm et p ru
gam duplicitas designatur Ex pdictis igitur
illis pz q modis capitur ecclia et quo sit a
mpposito Hic et aut scda scd eca dicitur una

ceptum vnit sufficit propter spiritus viuificantis et capitis
vitalem operatum influentis vnitatem propter xpiane
legis et fidei ydemptitatem et propter sacramenta
huius signorum habent fidem pro testificantium conformitate
Ista simul pulchre tangit apostolus ad ephe. 4° dicens
vnum corpus et vnus spiritus sicut vocati estis in
vna spe vocacionis vestre vnus deus vna fides vnum
baptisma Primo inquam ecclesia sancta dicitur vna
propter spiritus viuificantis et capitis influentis vnita
tem Nam licet in corpore naturali multa sint membra
diuersis actibus et officijs distincta quia tamen omnia
ista vno spiritu viuificantur omnia efficiuntur vnum corpus
efficiunt Ita ecclesia que est corpus xpi ex multis
hominibus sanctis et iustis diuersa officia habentibus
constituti vno spiritu scilicet increato viuificantur qui
in effabili et incomprehensibili vnione sanctificatam eius
illapsus et incarnatum ipsum de morte culpe ad
vitam gracie sola sua gratuita misericordia reducere est
dignatus Vnde apostolus 1 Cor. 12 pulchre admodum
propositum sic inquit Sicut corpus vnum est et membra
tamen habet multa omnia autem membra corporis cum
sint multa vnum corpus sunt ita et xpus Etenim
in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptisati sumus.
siue baptisati sumus siue iudei siue gentiles siue serui
siue liberi et omnes vno spiritu potati sumus Nam
et corpus non est vnum membrum sed multa etc.
Hic igitur spiritus ecclesie membris quibus sensum
et motum spiritualem influit presidet tamquam caput
Et non solum spiritus sanctus qui est tercia in trinitate
persona est caput ecclesie sed et tota trinitas ut
dicta Pro quo aduertendum quod hoc nomen caput
multipliciter accipitur vno modo capitur pro primo
siue hoc sit in essendo siue intelligendo siue
in influendo siue in ordine et situ locali
continendo Exemplum primi ut pater est principium filij
in essendo siue hoc sit ydemptitate essencie ut
est in diuinis vbi pater est caput filij
iuxta illud apostoli ad Cor. 11 Caput xpi deus

sine mendositate cetere ut mercatoris exemplum 2i ingredo
ut rex dicitur caput populi 2m illud 1 Regum 15.
Cum esses parvulus in oculis tuis caput in tribubus
israel factus es. De 3a probatur in sapientibus exemplum
hic dicitur Ezechiel 16 ad omne caput edifi
casti tibi signum salutationis tue. Capitur etiam
quoque per similitudinem. Juxta 1o Ysaie 9o longevus
et honorabilis ipse caput est. Secundo capitur proprie
prout dicit solum primum habens virtutem influe
di et motum illius cuius est caput et sic tota
trinitas dicitur caput ecclesie influens sibi se
sum et motum spiritualem. Spiritus sanctus enim movet et regit
tam in fundendo ei gratiam qua servat per fidem
et movetur per caritatem. Tertio capitur proprissime
prout ultra rationem principii et influentie actualis
dicit eo eo suo capitato conformitatem in natura
Et illo modo Christus secundum naturam humanam est caput
ecclesie. Ideo conformitatem ad ipsam per gratiam
et naturam. Ex illo patet quod quo ad hec causa reperitur
dissimilitudo inter corpus naturale et quod exempli gratia,
nam licet dispositum tamen unum habet caput quia
ipsum non est pars alterius corporis sed in se unum
totum. Corpus vero misticum licet est pars alterius
ideo potest habere plura capita sibi tamen subordina
ta. Quia enim multitudo domestica est pars
multitudinis civilis. Ideo pater familias qui
est caput multitudinis domestice habet super se caput
rectorem civitatis. Et sic etiam Christus secundum quod homo
est caput ecclesie quia sicut in capite naturali est
plenitudo sensuum quia in eo sunt omnes sensus
ceteris membris sibi connexis beneficium prebens
influentie. Ita et in Christo humanitate est ple
nitudo sensuum charismatum quia ut dicitur ad
Colo 2o In ipso habitat omnis plenitudo divinitatis
corporaliter ex qua tamquam ex fontali et radi
cali origine suis membris gratiam influit
et hec sunt per modum meriti / per modum exemplaris

et per modum capitis Est namque quidam amor naturalis
et appetitus capitis ad membra ex quo amore spiritus
animales qui sunt in capite decurrunt ad certa mem
bra que dolent et ibi colliguntur Influencia
ergo capitis ad membra ut sensificentur et moveantur
est per amorem naturalem et appetitum qui implet spiritus
animalibus fluentibus ad membra Spiritus hoc est spiritus sanctus qui
habundat in Christo capite et ipsius caritate cuius de
siderium est ut per corpus suum spiritum Item vos spiritus
explet desiderium quod habet Christus ad nos et secundum hoc
potest intelligi dictum sancti Thome in 3a parte summe
q. 8va quo dicit quod actiones Christi ex virtute divinitatis
fuerunt in nobis gratiam causantes non quidem
immediate et effective quia hoc solius dei est sed
modo tacto verum est tamen quod aliqui intelligunt ipsum
sic quod voluit humanitatem Christi sic habere effecti
ue modo gratie saltem instrumentaliter Unde dicit
quod licet omnis actio de communi lege Et modo agentium
secundum nostrum passorum fiat per contactum realem vel vir
tualem vel per immediatam unionem ut per coex
istenciam vel qualemcumque presenciam agentis ad pas
sum vel producentis ad productum non tamen est de
racione produccionis absolute quod producens sit
simul cum producto vel per contactum vel localem
unionem vel coexistenciam realem sicut est alibi
tactum fuit supra de immensitate dei Et si
queratur quomodo humanitas Christi existens in celo pro
ducat res intra mare et quasi distanter secundum illos
quod per intellectum et voluntatem Sicut namque ig
nis est instrumentum dei ad producendum lumen
modo tamen limitato iuxta exigenciam nature sue
Ita humanitas Christi est instrumentum dei ad cau
sandum et producendum gratiam in anima hominis etc.
et ceteros effectus secundum intellectum suum intime
unitum intellectui divino et voluntate suam

p omnia conformem sita ut dum p intellectum meditat
conformem intellectui divino et p voluntatem
conformat se divino Tunc eius valido de hoc
q res aliqua sit q prius non fuit a deo efficax
est q illius causatio seu productio quia ea vo
lente talem rem esse deus eam producit in esse et
facit causaliter effective dependere a volunta
te hominis xpi tamquam a causa 2a et instrume
tali agente libere sicut facit radium q ipse sol
producit dependere causaliter effective a sole tamquam
a causa 2a naturaliter agente / Hoc tamen de facto
non est concessum angelis qui intelligentia non
movet orbem p solum imperium voluntatis quia
hoc est articulus condempnatus parisius licet nulla re
pugnantia includit deum posse tribuere tale
facultatem Ex hiis igitur patet unitas sancte
matris ecclesie ex unitate spiritus vivificantis et
capitis influentis qui est ihesus xpus qui quibus
suis membris hoc est ecclesie spiritum vivificatem
et sensum spiritualem et motum influit in conformitate
nitate Et ergo expressissime est corpus Ex quo
totum corpus p nexus et coniunctiones subministra
tum et constructum crescit in augmentum
dei ut dicitur ad Colo. 2o Quicumque igitur ab
hoc corpore fuit separatus necessario sacre illius
spiritualis influxus debet carere esse et p quos ne
cesse est ipsum spiritualiter mortuum esse dicente
beato Augustino super Joh et ponitur xi q 3 Nichil
sic debet formidare xpianus quam separari a corpore
xpi Si enim separatur a corpore xpi non est membrum
eius si non est membrum non vegetatur spiritu
eius Quisquis enim inquit Apostolus spiritum xpi non
habet hic non est eius Et item dicit Augustinus in
epistola ad vincentium et ponitur 23 q 4 Quem
admodum membrum si precidatur ali habet
vivi corpore non potest tenere spiritum vite Si homo

qui profunditur de xpo corpore nullomodo patet tene
spiritualis iustitie etc si figuram membri teneat qua
suppositum integre Ex hiis patet conclusio Et licet xpus
dei filius ascensurus per gloriosam resurrectionem
ad propriam celicam suam dilectam patuit per se im-
mediate sine plus in nobis ad salutem suffi-
cienter infuse et idem per corporalem iustitia
forma absentiam se sola per fidem malluit tamen
ad maiorem sue bonitatis ostensionem et ordinem conve-
tam divinitatis legem infima ad suprema per
media reducuntur Ideoque sui curam beato petro
et suis successoribus romanis pontificibus
vicarie et plenarie commisit ut ad ipsum omnes
xpo fideles in hiis que pertinent ad congruentem
dispositionem et ordinationem sancte ecclesie militantis
tamquam sui membris concurrent a quo omnis po-
testas in ecclesia dependet et in alios mediate vel
immediate derivatur Ex quibus igitur capitis unitate
et eius respectivo influxu ac membrorum ecclesie in
hoc capite connexione non immerito nec inefficaci-
ter eius dicte ecclesie unitas potest argui et con-
cludi Sed contra illud
Multorum hereticorum tam antiquorum quam modernorum
errores reperiuntur Nam quidam dixerunt et ad-
huc ut timeo multi dicunt summum pontifi-
cem non habere maiorem potestatem ex institu-
tione xpi aliis episcopis Quia xpus dominus nul-
lum apostolorum aliis simpliciter superioritate et auctoritate
pretulit sed pocius omnibus apostolis equalem ac
omnibus potestatem contulit etc equalem omni ipsorum
auctoritatem contulit quia hoc nullibi scriptum est
in aliquo ewangelistarum legitur Dicunt enim dixit
petro Mt 16 Quodcumque ligaveris super terram erit
ligatum et in celis Et quecumque solveris etc Ita
et omnibus dixit Quecumque ligaveritis super terram
etc Mt 18 Et quod dixit petro Johannis ultimo

Pasce oves meas ita omnibus dixit Mt ultimo Euntes
in mundum universum predicate evangelium omni creature pre-
dicatio autem est spiritale pabulum animarum xpo i-
ceteris Quidam ergo dixerunt quod si xpus aliquem
Apostolorum summum pontificem fecit tamen ille non est
pontifex Romanus quia dicunt ipsi quod ecclesia Ro-
mana non est omnibus aliis prelata per xpum Sed
si aliqua talis esset ecclesia Jerosolimitana in qua xpus
dei filius est passus mortuus resurrexit et
alia nostre redempcionis misteria peregit est digna-
natus ipse quod etiam quibusdam visum fuit
quod Jacobus apostolus Alphei qui xpo successit in
ecclesia Jerosolimitana summus pontifex fuit ac xpi
vicarius sicut et successor Unde et paulus
ad Galatas 2o videtur preferre Jacobum petro dicens
Jacobus et cephas Johannes qui videbantur co-
lumpne esse etc ubi et potestatem eius videtur
restringere ad circumcisionem solum sicut ibidem
dicit Et michi ab aliquo apostolorum recepisse etc

Sed contra primum

Quod xpus deus nullum apostolorum aliis pretulerit sunt
manifeste auctoritates scripture et sanctorum doctorum
qui preclarissime vite meritis et gloriosissimis
signorum miraculis ecclesiam dei tamquam cele-
stia radiancia luminaria splendidissime illu-
strent Quique pro eadem fide dona et aspera
mundi sustinuerunt et in eadem fide sancte
vitam felicissime finierunt Cur namque deus
ihesus xpus qui est veritas ineffabilis alte-
ram singulariter et prius tempore quam ipse soli
et aliis omnibus dixit Mt 16 Ego dico tibi quia
tu es petrus et super hanc petram edifica-
bo ecclesiam meam et porte inferi etc Et
tibi dabo claves etc Et quodcumque ligaveris
etc Quare namque hoc soli dixit singulariter
pre omnibus aliis et postea omnibus soli et aliis nisi

ut eum primum et principale caput ecclesie et fundamentum
poneret licet aliqui hoc Et super hanc petram
edificabo ecclesiam meam exponant aliter per petram
intelligentes xpistum iuxta illud 1 Cor 10 petra
autem erat xpistus super quam sua precipue fundabat
ecclesiam Cum illa tamen stat quod aliquo modo super
petrum fundauit tamquam super primum fundamentum in
terris Est namque fundamentum cui adheret
prima pars edificii quod non includitur in ipso ut
tamen solida uel petra et illud includitur sit
supposito Et de isto forte conuenientius potest
textus intelligi iuxta seriem litere Nam beato
petro singulariter confitenti Tu es xpistus filius
dei viui xpistus volens pro tanta confessione aliquid
non leue compensare ait Tu es symon Bario
na quia caro et sanguis etc Et ego dico tibi
quia tu es petrus etc Unde videtur predicare
petrum fore fundamentum sue ecclesie alias
precedencia non essent pertinencia ipsis subsequentibus
frustra etiam videtur hoc petro dixisse cum
ex reuelacione ipse sciuit xpistum fuisse filium
dei et per quos fore fundamentum principale sue
ecclesie tamen quilibet sciat quod in nominatur et insti
tuitur parte aliter illius sit fundamentum Ideo
videtur quod petrus sic dictus sit petra a xpisto
petra tamquam successor et vicarius erat futurus
licet xpistus precipue dicatur per esse sic et principale sic
ecclesie est fundamentum primo et quilibet apostolorum
potest dici ecclesie fundamentum Non inconuenienter dicit
Apocalipsis ultimo dicitur quod murus ciuitatis habebat 12
fundamenta et in ipsis 12 nomina apostolorum et agni
Sed et quilibet predicator huius edificii funda
mentum non inconuenienter dicitur Ita tamen cum
ad omnes illorum officium hoc voluit pertinere ut
in beato petro apostolorum omnium summo principaliter
collocaret ut ab ipso quasi quodam capite sua

dona velud in corpus omne diffunderet ut dicitur in
de clementia fundamento ca. 6o Sed contra illam ra
tionem obiciat quidam hereticus modernus wiclefista
huius pragensis isto modo Sicut non reperitur petrus
fuit vocatus a xpo singulariter sathanas Mt 16
et petrus fuit timidus apostolus ancille ac petrus
peccavit apostolus ter dominum cum iuramento nega
vit Mt 26 Et ipse post missionem spiritus sancti
erravit in fide redargutus a paulo ad Gal. 2o
igitur petrus minus quam ceteri apostoli adhuc fuit di
latus Contra non reperitur petrus habuit peccatoris hec
privilegia quod petrus post ascensionem domini debuit
esse papa vel caput militantis ecclesie / Preeminen
tiam quandam imaginabilem habuit que fuit amoris
et laboris / Sed ex illo non est evidens ipsum esse
papam etc. // Ad illud dico quod verum est quod prime
due que non valent Sed 3a que est ad im
probationem est valde bona si modicum ratifi
catur tunc ad intentionem arguentis sic videlicet
petrus habuit singulariter peccatoris hec privi
legia demonstrando ea que sibi data fuerunt
vel saltem promissa tunc quando dominus ad eum
dixit verba predicta Tu es petrus usque ibi
salutem erit melius / et non revocata usque ad
tempus post ascensionem xpi pro illo tempore
in via cum aliis fidelibus commanente Igitur pe
trus post ascensionem xpi fuit papa et caput
militantis ecclesie patet quia oppositum consequentis repug
nat antecedenti cum per papam non aliud
intelligamus nisi hominem viatorem a xpo
domino huiusmodi habentem privilegia de quibus xpus
loquebatur ad petrum per verba premissa videlicet
potestatis plenitudinem clavium in utroque foro
tunc collate vel saltem post hec conferendo
Item tunc ecclesia singulariter super petrum per
xpum erat fundata / et ipso moriens unus est

credens eos consequenter est credens intellectus
saltem breviter si placet quam continet ille eos habere
in quadam 2a assumit unam maiorem tamen falsam videlicet
videlicet quod petrus post missionem spiritus sancti in
fidem catholicam erravit. Redarguitur a quodam quia
hec est contra doctores qui communiter dicunt apostolos post
missionem spiritus sancti in die penthecostes. Et maxime
numquam peccasse mortaliter. Utrumque eos de hac
sit an potuerint sic peccare vel non quia na-
tura propter scilicet eos inter beatum Ieronimum et beatum
Augustinum doctores illustrissimos de hac materia
controversia fuit. Cum videlicet petrus tunc pecca-
verit vel non, beato Ieronimo dicente quod non, beato vero
Augustino oppositum affirmante. Nullus tamen eorum
dixit ipsum mortaliter peccasse vel a fide de-
viasse. Et ideo nimis presumptuose et temerarie
ponendo os in celum contra sanctos doctores
nam Christi apostolum principem reprehendere et eis falsa
imponere non formidat. Contra primatum beati petri
ex aliis locis evangelii satis clare patet, unde quod
tamen adversarii potissime pro se adducunt: Nam luce
22 legitur quod inter discipulos facta est contentio
post dominicam cenam quis eorum videretur esse
maior. Ihesus autem dixit ad eos: Reges gentium
dominantur eorum et qui potestatem habent super eos bene-
fici vocantur. Vos autem non sic. Sed qui maior
est inter vos fiat sicut iunior. Et qui precessor
est sicut ministrator. Nam quis maior est
qui recumbit aut qui ministrat? nonne qui re-
cumbit? Ego autem in medio vestrum sum sicut
qui ministrat. Ista tamen verba non sunt sic intelli-
genda ut adversarii dicunt quod quilibet apostolorum
se debeat singulis aliis reputare minorem
quod utique falsum est. Cum tamen pro exemplo hoc
suadere valebat dicens Ego autem in medio vestrum

suum sicut qui ministrat Per hoc enim principi forma
ministerii tradere voluit videlicet suis prelatis
non superbe dominari sed cum debita humilitate
et reverentia et mansuetudine quod proxima
tui non quod repugnat Et quia ex verbis iam
dictis et allegatis discipuli non poterant scire quis
esset ille processor futurus Adeo christus assignando
quis esset ceteris confirmator illis addit eundem
dicens ad Symonem in luca Symon Symon
ecce sathanas expetivit vos ut cribra-
ret sicut triticum Ego autem rogavi pro te
ut non deficiat fides tua et tu aliquando con-
versus confirma fratres tuos Ex quibus manifeste
patet quod ipse petrus erat ad quem ex assignatione christi perti-
nebat ut deficiente aut fluctuante fide in
ceteris post mortem christi et eciam per christi oracio-
ne deficiente in petro ipsos confortaret et
per hoc intelligerent eum fore inter eos proces-
sorem rectorem et principem ut deducit Rich-
ardus armachanus libro 1o de questionibus arme-
norum capitulo 3o ubi eciam adducit illud Johannis
1mo quod christus dixit ad petrum Tu es Symon
filius Johanna tu vocaberis cephas Cephas
autem nomen valet sicut petrus sed eciam sicut caput
Unde ex illa nominis impositione videtur dico
quod christus eum fore in capud preficere intende-
bat tamen ut esset Apostolorum capitaneus De hac
eciam vide 21 di. Sacrosancta Unde dyonisius capitulo
3o de divinis nominibus petrum vocat ver-
ticalem sive capitalem aut capitaneum Idem
quoque beatus dyonisius beati pauli discipulus
et ei in morte assistens scribit de morte
petri et pauli Thymotheo discipulo Pauli
quod paulus dixit petro cum separaretur ab ei-
vicem ut ipse scribit se audivisse personaliter

Dyonisius [illegible] de [illegible] de Petro et Paulo

ab eis pax tecum fundamentum ecclesiarum pastor animarum
et Signarum xpi Et cum dico petrus respondit Vade in
pace predicator bonorum mediator et dux salutis
infernum Ex quibus satis patet propositum Nam ut
patet Johannis ultimo xpus dominus presentibus aliquibus
discipulis beato petro specialiter commisit post suam
resurrectionem curam suorum agnorum et ovium
per quod satis constat quod petrus primatum locum prius
super gregem suum singulariter habere voluit Pastor
enim sive cura sufficiens ad salutem plus in
tendit quam predicatio curam ij quod omnibus commisit
scilicet predicationis competens et conveniens ad salutem
Adhuc etiam sunt multe alie scripture sanctorum auc
toritates et sanctorum doctorum vite meritis et
scientia moribus etc. auctoritate approbatorum quas propter
omitto gratia brevitatis Et ista sunt contra
multorum hereticorum errores tum antiquorum
quam modernorum Quidam namque dixerunt quod pluralitas
sacerdotum tantam habere potestatem ordinis et iu
risdictionis quantum habuit beatus petrus ut
Armeni Alii dixerunt quod xpus dominus omnino
equalem potestatem in omnibus contulerit singulis
Apostolis Consequenter asserunt illi quod illa potestas
nullam super addat potestatem ordinis seu excel
lentiam super simplicem ordinem sacerdotalem
Et illud videtur esse tenendum probabiliter tamen et sine
temeraria assertione dominus Rich. archiepiscopus armachanus
libro xi questionum Armenorum Impugnat et demonstrat
per multa media Quia in primitiva ecclesia idem erat
presbyter et episcopus Cum hoc tamen concedit quod etiam
ad quemlibet constitucione ecclesie episcopo competit
simplici presbytero / hoc etiam sermonale ut dicitur
asserunt heretici wiclefiste scilicet hus pragenses
et sequaces dicentes presbiteros habere ordines
tradidisse Et quidam eorum non dubitant
quin ordines militares regales et imperiales

Marsilius paduanus

fuit magis fundamentales quam pdicti ordines sunt quia blasphemia cum dicat xpus luce .x. Qui vos spernit me spernit etc. Similiter et illa marsilii paduani in libro suo qui vocatur defensorium pacis qui pocius dici potest offensorium vel destructorium eius scilicet parte 2a ptatum tamen auctor pro magna parte illius tractatus nititur probare auctoribus scripture sacre et doctorum et rationibus nullius beatum petrum qui simplicis fuit sacerdotis recepisse Et si ab ptate plus vel Romanis pontificalis sui successoribus quovis vel pro ptuti quomodo hoc est ex speciali commissione vel ordinatione ecclesie vel civitatis seu capitis eiusdem quod ipse dicit imperatorem Constitui dicit ille doctor ymo verius seductor quod nec beatus petrus nec aliquis aliorum apostolorum vel Romanorum pontificum ex xpo institutione aliquam habuit vim coactivam ita quod nullus eorum potuit aut possit non solum corporaliter sed nec spiritualiter punire aut castigare quia illa ptate xpus dominus pro se uti noluit et per quos illos quos totaliter spiritualem esse voluit et ipsum imitari voluit Et sic nullus sacerdotum quantum quamcunque oportet suspendere nec dicere aut alia censura ecclesiastica potest punire et haec posse auctoritate originali a xpo tradita nisi intervenerit vel interveniret auctoritas civitatis vel maioris vel sanioris partis aut capitis imperatoris quod tamen erroneum vel absurdum valde est Et contra quod ecclesia auctoritatem excommunicandi videtur recepisse a xpo matthei 18 ubi loquens de eo qui contempnit mandata ecclesie dixit ad petrum Si autem ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus Quo dicto statim subdit sermonem suum ad discipulos Amen Amen dico vobis Quecunque ligaveritis super terram erunt ligata et in celis Et quod tamen ecclesia contra traxit ritum excommunicandi a paulo

Aplo ut patet 2 q. 3 Aplice unde ibi per totam contra
primam et secundam Idem quoque pulchre deducit
beatus Ieronimus super librum Iudicum et ponitur
xi q. 3 Multi Beatus quoque Augustinus in omelia
de penitentia et habetur 2 q. 1 Multi Nam beatus
Paulus excommunicavit fornicatorem qui uxorem patris
sui habuit 1 Cor. 5 et blasphemos et Hyme-
neum et Alexandrum 1 Thy. 1o contra eos
hereticos docentem ad Galatas 1o Si quis vobis
evangelizaverit aliud quam accepistis a nobis ana-
thema sit Tales namque scripture auctoritates perverse
exponit et excerpte perdite flagiciosus Dicit
et auctoritates sanctorum corrupte satis quoque et dimi-
nute allegat omittendo precedentia vel sequentia
aut eas in medio talium auctoritatum ponendo que expressis-
sime contra eum faciunt addendo solum
ea que sedem super sinem sue pro errore
facere videntur Et ubi autem occurrunt alique
sanctorum auctoritates quas quomodo vel eas vio-
lenter sine manifesta nota exponere vel ad pro-
positum perversum trahere non potest illas proterve
et impudenter semper negare et eis contra-
dicere non formidat Canones insuper sanctorum
patrum et decretales epistolas summorum pontificum
semper contempnit dicendo eas non esse nisi
quasdam aliquartitas contraccas / Dominus quoque
Bonifacius octavus qui in quadam extrava-
gante que incipit Unam sanctam plenitudinem potestatis
sibi tamquam Christi vicario vendicat asserit Et hoc
credere esse de necessitate salutis anime decidit et
ad contradictionem cum alia extravagante sui predecessoris
domini Iohannis vicesimi secundi qui eandem laboravit
dictam plenitudinem potestatis et nullius potestatis
esse momenti clemensque indicans titulum ex super-
bia vana gloria et avaricia potius quam ex Christo

institucione predicta. Ex quibus eciam scitur cum certe sunt
longe lateque ecclesie Romane ceterisque ecclesiis contra Christi
paupertatis intencionem temporalia iura predia et terrene
possessiones de quibus multa libro dicit quod ista suffi-
ciunt comprobari. Que ideo hic succincte inserere volui

Viclephiste

quia multi pestiferi temporis Hussonis magistri et Wicleffiste
sui complices errores ac perfidie monimenta ex
illius seductoris libro antedicto susceperunt et

Hus hostis possessionum

contra se simul non desistunt. Unde eciam predictus Hus

Silvester papa

dicit libro 2 Silvestrum reprehendendo dotacionem ecclesie
in temporalibus. Similiter et Constantinum Imperatorem
dotando ecclesiam graviter peccasse. Quod et omnes
principes seculares tenentur de iure offendunt
cum non auferendo illa bona temporalia ab ecclesia
et ipsam in primitivum statum reducendo. Cuius dicti
similiter absurditas nota est manifeste cum ecclesie
rector Christus talibus optime uti potuit et possit ad
magnificenciam glorie dei et ad spiritualem profectum
multiplicem fidelium et infidelium. Nec quia ipsi
decessores ecclesie talibus tantum abusi volunt decus re-
cipi temporalia ab ecclesia. Sed pariter volunt indicio
abusiones permittere et abusantes pro tempore de-
clarare pre iusticie ancillis primum. Ubi multis
dispensacione dei factis nequaquam possumus. Unde est quod
multis magnis visum est quod hec res facta sit
non spiritus sancti suggestione sed ex causis late-
ntibus sive ex divina permissione. Non tamen pro quo
tempore sunt possessiones et iurisdictiones temporales
rapere sicut ille hereticus dicit. Sed quia ex
providencia ad spiritualem profectum fuisset eas non
recipere vel receptas post visis inconveniencijs re-
nunciare propter multa mala secuta et ecclesie statum
varias distorsias propter quod ut fertur dictum fuit

Venenum effusum est in Ecclesia dei

Silvestro cum primo illa reciperet. Hodie venenum
effusum est in ecclesia dei quia venenum fuit quo
ad illos abusantes sed non simpliciter quo ad omnes

ius. Nec illi probant sufficienter ecclesiam vel clericum non
posse licite possidere huiusmodi temporalia quia Christus dicitur
nec ad vi diminutatem sed etiam secundum quantitatem
plenus fuit creaturarum aliarum dominium
unde dixit christus alibi Data est mihi omnis potestas
in celo et in terra. Beatum autem petrum suum
generalem constituit fuit in mundo vicarium. Alias eum
cum sufficienti eis providisset quod absurdum est
suspicari de Christo. Certum autem quia non solum bonum
regimen in spiritualibus sed etiam commune et rationabile
gubernatio in temporalibus utilis et oportuna et necessaria
est fidelibus Christi ad finem ultimum consequendum. Experientia
quia si quis sine temporalibus diu subsistere non potest
aut non persistit sicut nec anima sine corpore.
i. q. 3. Si quis obiecerit concernens tamen videtur
aliquibus ecclesiis huiusmodi possessiones et similiter
aliis decentius possidere. Nam pro tale decime et obla-
~~[struck]~~ contribute fidelium numquam sufficerent tan-
ta clero Christi futuro ut dicit quidam doctor
propter tepescente devotione fidelium. Etiam
alias nimis civilis potestas exurget contra ecclesiam
unde arcetur oppressio et parvipensio et contemp-
tus cleri Christi, quem tamen ad hoc nimis opprimit
a potestate laycali. Quid ergo fiet si tanta populus
civilis preesset clero nulla parte civilis
possidentie licite / Per hoc etiam apparet summum ponti-
ficem habere potestatem disponendi de possessionibus utriusque
potestatis sicut habuit Christus. Tales in regalis predarii
inimici et secularium principum adulatores vel
Corinthii ordinis fidelium ignari audiant quod
de pluralitate principum non subordinatorum
sensit etiam gentilis philosophus qui dixit 12 methaphisice
Mala est pluralitas principum sit ergo unus
princeps. Oportet namque fateri quod duplicem
possidentie rationem veniens esse et ordinatur
homini ad felicitatem unam sed possidentie civi-
lis et vite contemplative. Elligant ergo ceteri

Apostolus nisi

Adulatores principum

vel trium pane super celum terrenum super spiritum humanum
super solem vel conversa nature ordinem statuent
penitus presidem spiritualem caput omnium et unitatis
tatis gubernationis vel monarchie hominum contra quos
sunt contra quosdam legistas dicentes ubi cetera
principem in temporalibus id est ipsum imperatorem
esse supremum in mundo inferiori saltem in temporalibus
Et ideo quo ad illa ipsum dicunt nulla posse le-
ge ligari tamen principi in spiritualibus nulla dicunt
de temporalibus esse cura Sed huius utriusque falsum est ut
patet aliqualiter ex dictis Quia cum plures christianus
inter omnes prelatos qui umquam fuerunt est ordinatissimus
et perfectissimus in omni bona humilitate sua
et virtutibus completus ideo precipue optimus
gubernationis genere regendus erat quod est tamen plus
ut prius dictum est uno principante omnibus qui
potestatem disponendi habeat de omni modo regiminis
inferioris ad felicitatem hominis pertinentis et ordinata
ter regendi omnibus potestatibus regitiue inferioris Ex illis
etiam patet error quorumdam canonistarum dicentium
imperium esse in mundo adeo sicut quod non a papa nec
in quibusdam ut patet de iudiciis novit Et huius
opinionis fuit Hugo qui dixit quod imperator a solo
deo habet potestatem in temporalibus papa vero in spiritua-
libus ut notatur in c. cum sint le. [illegible]
2o et sicut divisa est iurisdictio Franciscus etiam
de Zabarellis concordat cum Hugone in c. po-
lito de maio. 20. Sed falsitas istius opinionis
patet ex dictis quia tunc ecclesia sancta non regeretur tunc
optimo regimine gubernandi etc. De illis plus
dixi in meis vesperiis Patet igitur etiam ex
dictis unum esse unicam esse monarchiam et prin-
cipem istius mundi inferioris seu ecclesie militantis
etiam sicut christum quod ipse ascensurus in celum
suam ecclesiam habet tamquam acephalum noluit
permanere habet aut principem cum christo ubi vi-
carius Romanus pontifex Et contra patet quod [illegible]

non obstantibus obiectionibus superioribus pontificatus
summus et pontificatus Romanus sunt diuine ordina
tionis et non humana ut dicitur heretici mixti uel ali
quando ydiompti sicuti ut patet 22 di. omnes et ca. pre
terea in pluribus aliis locis. Unde legitur in hystoriis autem
ticis quod cum petrus romam fugiens exisset uoluit
cum dominus ad latum quod clauderat occurrit interrogatus
ab eo: Domine quo vadis? Respondit: venio Romam
iterum crucifigi. Et intelligens quod pro se dictum est ad
latum ipsum protinus est reuersus prout allegat dominus
Armacanus 39 in ca. prenominabilem. Congruum enim
fuit ut in urbe Romana sedes apostolica esset que
tunc et diu post totius orbis dominium et prin
cipatum et regimen tenuit ut uidelicet ab eodem
fonte pro spiritualibus tunc et temporalibus undique in
orbe duplex riuulus regiminis emanaret. Quia cum
regimine temporale posset facilime se antitudine
declinare spirituali sine regule conformari. Et ergo
si spiritualis regimine quisquam absisteret ipsum posse
protinus temporalis potencia coherceri. Quia in super
est in nodandis maioribus temporibus fidei per apostolos
undique dilatate ad principem orbis tuitor patet
accessus tamquam ad late mundi judicem residentem. Quia
demumque regna Romano imperio subiecta eo citius
fidem xpi susciperent quo sua domina eandem
fidem cernerent recepisse ut sicut fuerat olim Ro
ma magistra erroris sic esset nunc in pari
ratione doctrix fidei uirtutum et ueritatis. Quia de
inde predicatores fidei xpiane eo fidem xpi
ubique liberius et securius predicarent quo fo
rent imperiali auctoritate muniti. Et hoc plenius
vide in Richardus Armacanus li. 1o De questionibus
Armenorum ca. 14 et sequentibus. Et
ista sunt que multos hereticos et scismaticos
et primo contra grecos dicentes Romanam ecclesiam
non habere primatum neque patriarchales ecclesias
ei subesse neque sub eius obediencia. Et ideo

2m eos quod pontifex romanus facit sine eorum consensu et
consilio patriarcharum grecorum nullius habere roboris
firmitatem Item contra armenos dicentes quod ipsi sunt ecclesia
catholica et quod romana ecclesia non est catholica nec apostolica
Item contra waldenses seu pauperes de lugduno dicentes
se nos non subesse Romano pontifici nec
aliis prelatis orbis Rome et quod preceptis mandata suam
sectam dimittere non debeant Et eorum summorum pontificum
Canones decretales constitutiones seu decreta patrum
non valent nec ligant Preterea predicta sunt contra
errores quorundam pseudo apostolorum Begwardorum et Abbatis
Joachim et aliorum plurimorum quorum errores omnes spe
cificare esset nimis prolixum Patet igitur ex dictis
quomodo ecclesia dicitur una propter ipsius unificantis eccle-
siis vitalem separatam influentis unitatem 2º ecclesia
dicitur una ut dixi propter christiane legis et fidei ydemptitatem In hiis enim omnes christi fideles conveniunt et in eis concordantur Sola enim lex christiana
veram dedit christi fidem a qua christi fideles dicuntur Ipsa
denique sola sufficientissime continet et explicat omnia
ad salutem necessaria quo ad credenda et agenda Et
ipsa sola sufficienter intellectum per veritates congnitorum
illuminat et affectum per caritatem et proximi dilectionem inflammat
In quibus tota lex pendet et prophete ut dicitur
math 22 Qui enim diligit legem implet eam
Ro 13 Et ibidem plenitudo legis est dilectio.
Hec enim duo in omni lege et statu ad salutem
sunt necessaria actualiter vel habitualiter Ideoque in
hiis omnia corporis christi misticis secundum preterita presentia
sive eorum futura conveniunt et aliquomodo concatenantur
Caritas enim est vinculum perfectionis Ad colo
3 sine qua fides eciam si tanta sit ut montes
transferat nichil est 1 Cor 13 lex ergo christiana
vel veteri vel novi testamenti quod idem est quo
ad caritatis mandata perfecte in ipsa explicata et
ad salutem sunt necessaria Sicut et fides christi medi
atoris et redemptoris ut patet per magistrum sententiarum libro 3º
di 24 secundum eorum probat auctoribus sanctorum scripture et storiis

Zª que Est a
circumst Vna

Unde dicit Augustinus in libro de nuptiis et concupiscencia
quod eadem fides que nos salvat salvos faciebat iusti-
tos Christi et legis caritatis antiquos pusillos cum ma-
gnis. Patet igitur quod fides nos salvos facit. Similiter
et lex caritatis seu caritas. Item fides in Christo in Christi
corpore nos iungit similiter et caritas licet diversimode.
Nam fides nos in ecclesia iungit nos Christo capiti
nostro per modum adhesionis coniunctive. Caritas vero per
modum adhesionis dilective. Quarum prima unit quasi
ad intellectum, secunda quasi ad affectum. Prima est quasi
materialis solum huius corporis unionis. Secunda vero quasi
formalis includens nos prius addens corporis uni-
ficacionis. Unde vero libro Hugo de sancto victore — Hugo de Sancto [Victore]
istum modum unionis membrorum Christi et etiam
precedentem tangit libro 2o de sacramentis parte se-
cunda 1a dicens: Caput est Christus membrum est christianus.
Caput est unum, membra sunt multa. Et constat
quod unum corpus ex capite et membris. Et in uno
corpore spiritus unus cuius plenitudo quidem in capi-
te est participatio in membris. Si ergo corpus unum
est spiritus unus est. Qui in corpore isto non est a spiritu
vivificari non potest. Qui non habet spiritum Christi hic non
est Christi. Qui autem non habet spiritum Christi non est membrum
Christi. Sicut vero unus spiritus nichil in corpore
mortuum nichil extra corpus vivum. Per fidem mem-
brum Christi efficimur, per dilectionem vivificamur. Per
fidem accipimus unionem, per caritatem vivifica-
cionem. Et iterum ibidem capitulo 2o dicit: Sancta ecclesia
scilicet corpus Christi est uno spiritu vivificata et uni-
ta fide una et sanctificata. Huius corporis membra singuli
quique fideles existunt omnes corpus unum propter spiritum
unum et fidem unam. Quemadmodum autem in corpore
humano singula membra propria ac distincta habent officia
et tamen unumquodque non sibi soli agit quod solum agit.
Sic in corpore sancte ecclesie dona graciarum distincta sunt
et tamen unusquisque non sibi soli habet etiam id quod solus
habet. Soli oculi vident et tamen sibi soli modo non videt

Tercio Ecclesia dicitur Una videlicet

sed toti corpori Soli aures audiunt et tamen non sibi soli
sed toti corpori Soli pedes ambulant et tamen non
sibi soli solummodo ambulant sed toti corpori
Et ad hunc modum unumquodque quod habet solum in se
non habet solummodo sibi sed secundum quam sedem dispensatorum
et dispensatorum optimi largitoris et distributoris
sapientissime singuli sunt omnium et omnia singulorum
hec ille Et ideo dicit Allexander de hallis parte 3
q. 63 ar 8 super illud symboli sanctorum communionem
Credo quod unitas ecclesie tanta est quod unusquisque qui
est membrum particeps est omnium que sunt corporis
ceteris Et probat per glossam super illud ps. Portio mea
domine etc. Tercio eciam ecclesia sancta dicitur una
propter sacramenta mentalia signorum fidem christi
protestancium conformitatem Nam sacramenta nove legis
a christo per passionem suam efficaciam habencia apud omnes
christi fideles eadem sunt et conformia per que in-
sunt christo domino incorporentur Unde i Cor 12° dicit
Apostolus Et enim in uno spiritu omnes nos in unum cor-
pus baptizati sumus Et inde certe est quod sacramentum
corporis christi et fideles communicant et corpus christi
misticum expressius prefigurant Sicut namque corpus
christi verum est ex purissimis sancte virginis sangui-
nibus spiritu sancto operante fuit formatum ita corpus
christi misticum ex omnibus christi fidelibus et spiritu sancto
vivificante est constitutum Unde et venerabilis
Hugo ubi supra postquam dicit quod per fidem cor-
pori christi mistico unimur per caritatem vero
vivificamur valens unde quod illa eciam
per sacramenta fiant Subdit In sacramento autem per
baptismum unimur per corpus christi et sanguinem vi-
vificamur Per baptismum efficimur membra corporis
per corpus autem christi efficimur participes vivifi-
cationis Eciam omnes christi fideles qui sunt me-
mbra ecclesie communicant in sacris tamen in quibusdam
signis fidem christi protestantibus per que distinguuntur

ab hominibus alterius secte Adeoque ad hec tempora
fuit certum institutum Nam per illud signa nos scit
homo quis est sue secte et quis alterius Et hoc
valde expedit quia qui fuerint se cuiusque religio
nis esse vel secte / mutuo se confirmant ad obseruan
tiam eius Et qui se sciunt displiceri sectarum vitant
se mutuo tamquam mutuo se impedientes Propter illa
ad hunc pluribus de causis Item potest dici vna
videlicet quia per vnam columbam vna per scitatem vna
ciuitatem per figurata 2 l. q. 1 loquitur Item propter
vnitatem fundamenti ut ex origenibus qui ab vno
eius cepit origo videlicet Abel vnde [illegible] libris
[illegible] super illud Marci 20 Simile est regnum
celorum homini patrifamilias qui exijt primo
mane etc Vnica dicitur vel ecclesia que colli
gitur ab Abel iusto vsque ad vltimum electum Et sequitur — Abel iustus
Vincencius in speculo hystoriali libro 2o capitulo 4 de — A duobus filijs ade ortum
duobus filijs ade ortum habuerunt due ciuitates — habuerunt due Ciuitates
scilicet Augustinus 15 de ciuitate dei capitulo 1 scilicet dei et dyaboli
Et si queritur quare ecclesia non dicitur incepisse
ab adam Videtur quod si incepisset ab adam non fuisset — Ratio quare ecclesia non incepit
continua sed per peccatum interrupta hec autem integra fuit — ab Adam
ut dicunt doctores Unde dicit Augustinus 18 de — Augustinus
ciuitate dei capitulo 1 2o ut ipse dicit Adam est penitens
fuisse quamuis non legatur Et ex alio quia
Abel virgo fuit sicut et ecclesia licet sit ple
fecundissima est tamen desponsata dei filio et
tamen immaculata virgo purissima [illegible] et molo-
ta vnita Et ideo per virginem mariam optime
designata que fuit desponsata et virgo dicit
1o vnde Ambrosius super lucam libro 2o capitulo 1o Bene
desponsata sed virgo quia est ecclesie typus que
est immaculata sed nupta Concepit nos nos
virgo de spiritu parit nos virgo sine gemitu
Idem libro primo de sancta virginitate parte
secunda Sed ecclesia immaculata coitu fecunda partu
virgo est castitate mater est prole parturit
itaque nos virgo et nutrit non corporis lacte

z apostolica qua ecclesia firma adhuc crescentis lactauit etatem
Abel eciam fuit martir per quod eciam figuratur ecclesia dei
que in fide et spe mortis et resurrectionis xpi
formata de latere fuit ut tangit Augustinus ubi supra
libro 4o capitulo 2 Adeo eciam ipsa dicitur edificata et for
mata de latere xpi dormientis in cruce Sicut
Eua de latere uiri ut in Genesi Et per beatum Augustinum
22 de ciuitate dei capitulo 1a Dicitur autem ecclesia uniuersalis
quia uel in se omnes iustos comprehendit Sic autem non
fuit de synagoga iudeorum ex quo plures iusti
reperiebantur ut Iob etc. Vel quia non solum
ad iustos fuit peregrinantes sed eciam ad celestis
patrie incolas se extendit qui omnes xpo capi
ti coniunguntur uel quia per totum mundum est dif
fusa uel propter eius uniuersa precepta que omni genti
seruari et custodiri sunt apparata Non sic autem fuit
de iudeorum synagoga uel quia contra omnia
sua uicia sufficiencia continet sacramentalia re
media Vel quia ex omni gente populo et lingua
est collecta Sequitur **Quod extra ecclesiam
catholicam nullus saluatur**

Extra quam nullus omnino saluatur Ista est secunda
particula istius septime partis predicte in qua
ponitur 2a ueritas theologica et catholica et est ista
scilicet extra ecclesiam catholicam nullus omnino saluatur
Ista ueritas manifesta est cunctis diligenter ea que
dicta sunt considerantibus Si enim ecclesia stricte sumatur
pro congregacione omnium fidelium in caritate existencium tunc
clarissimum est quod impossibile est de lege ordina
ta sine caritate saluari quia secundum beatum Augustinum
in 15 libro de trinitate ipsa sola diuidit inter filios
regni et perdicionis eterne Et Apostolus 1 Cor
13 Si linguis hominum loquar Si autem capitur
largius pro congregacione omnium habencium ueram xpi fi
dem licet informem tunc eciam ista ueritas manifesta
est Quia ut dicit Apostolus ad Hebreos 11 Sine fide

impossibile est placere deo Et item marci ultimo dicitur
qui vero non crediderit condempnabitur Idem patet
per magistrum libro 3o di. 24 ubi ad hoc allegat auctoritates
Augustini et aliorum que manifeste innuunt quod sine fide
de mediatore nullus umquam fuit saluatus nec umquam
saluabitur Ad quod illi allegant illud actuum quarto
non est aliud nomen sub celo in quo oporteat nos
saluos fieri et sunt verba beati petri Beatus quoque
Augustinus in de fide ad petrum capitulo 38 ait firmissime
tene et nullatenus dubites non solum paga
nos sed et omnes Judeos et hereticos atque scismati
cos qui extra catholicam ecclesiam presentem finiunt
vitam in ignem eternum ituros qui paratus est dia
bolo et angelis eius Hoc ecclesia patet 24 di. Omnes
Episcopi Ad idem sunt innumerabiles auctoritates sanctorum et scrip
ture quarum plures ponuntur 24 q. 1. Et breviter
ista veritas notissima debet esse cuilibet fideli et in
dubitata quia oppositum est manifesta heresis et error
Ex illis sequitur quod nullus potest se excusare per in
vincibilem ignoranciam de observancia legis christiane Contra
quia nullus obligatur ad aliquam legis observanciam
nisi sufficienter fuit promulgata ut patet per multa
iura et ex dictamine naturalis rationis cum ad impossibile
nullus obligetur ut patet extra in fine de re. iu.
li. 6o Sed lex christi non videtur sufficienter promulgata
ut patet mathei 24 ubi dicitur Predicabitur hoc evan
gelium regni in universo orbe in testimonium omnibus
gentibus et tunc veniet consummacio Item beatus
Augustinus ad esycium expresse dicit quod in affrica sunt
innumerabiles gentes in quibus nondum est predica
tum evangelium Et origenes dicit quod non solum bar
barorum sed eciam multe gentes nondum audie
runt christianitatis verbum Ad idem capitulo argui de
paruulo baptizato rapto ab infidelibus et inter ipsos
educato Et de illo qui esset separatissimus ab hominibus
nominantem christum a quo doceatur fidem christi
Ad illud dicitur quod lex christi antiquitus per toto orbe fuit

promulgata quo ad xpi nomen et bone fame promulga
tionem tamen quo ad ultimum fructum sufficientem qualibet gen
te catholice xpi seu in xpo credentium fundacionem fuit
patet per apostolum ad Ro. 10 ubi inter cetera dicit fides ex
ex auditu auditus autem per verbum xpi Et subdit sed
dico numquid non audierunt q. d. utique et probat
per istud ps. In omnem terram exivit sonus eorum
etc. Et Crisostomus super dicta verba Mt 24 Et predicabitur
dicit et autem etc et ante quam Jerusalem caperetur usque
predicatum est evangelium Audi quod ait Apostolus in omnem
terram exivit etc. Et videbis eum a Jerusalem in Hyspa
niam currentem Ro 15 Si autem unus tantam
parcionem accepit quanta et reliqui quanta operati
sunt Et hoc etc unde glo. super dicta verba legitur
et Jeronimus dicit non puto aliquam remansisse
gentem que xpi nomen ignoret et que quibus non
sit fuit predicator tamen ex vicinis gentibus opinionem
fidei non potest ignorare Dictis igitur Augustini et
Origenis intelliguntur quo ad fructum predica
cionis intelligendo de fine mundi Si autem Jeronimi
sentenciam intelligere velles Et Crisostomum de Jero
salime tunc intelligantur quo ad famam predica
cionis De pueris autem baptizatis et aliis infidelibus rap
tis vel derelictis nutritis dicitur sicut prius fuit
tactum supra [illegible] primo Nullus parvulus
ad longum tempus post completum usum racionis habet
ignoranciam invincibilem in hiis que sunt de
necessitate salutis ut declaratum est Sed fuit Et
eciam non dicitur de 10 tribubus Israel inclusis
Caspii Montes ad arcem Alexandri magni inter montes Caspie
ut dicit magister in hystoriis Deus potuit eciam
aliquem apostolorum per aerem ad eos adducere sicut ductus
fuit Abacuc in Babilonem a Judea ut dicitur
Dan. 14 vel sicut Philippus ductus fuit
in Azotum postquam baptizavit Eunuchum ut
dicitur Actuum 8o Alii dicunt aliqui quod
quo ad aliquos fides xpi non esset sufficienter pro

mulgata adhuc tales per ignoranciam non excusarent
sic quod salvarentur quia sine fide impossibile est placere
deo Ad hoc allegant ysidorum altisiodorensem unde sedem
aliquas aliquem obligari ad fidem vel legem christi
dicunt patres intelligendum communiter quod talis si non confor
mando est impeditus sed originali Et illo tales essent
obligati ad legem christi Alias per hoc quod si non confor
mat lege christi namque prius mortui sunt Et sic non
obligantur propter ignoranciam Et illud videtur
esse de intencione Rich. archidiaconi libro 8o de
erroribus Armenorum capitulo 39 ubi adiecit adducit
ad hoc autem apostolum ad Romanos 2o dicentem Non enim
est personarum accepcio apud deum Quicumque
enim sine lege peccaverunt sine lege peribunt
Tales tamen ignorantes et impeditos lex ista non
artat qui ipsi legem hanc nullatenus sinaco
tenerentur sed per ignoranciam excusantur lex tamen
michi lamia de ipsis larum licet sed quod non intrabunt
regnum celorum nisi fuerint baptizati Et ipse loquitur
ibi de precepto quod in nova lege preponitur
baptismus et ista fuit quod omnes heriticos et articulos
tradens sic possent salvari Similes et tam scisma
ticos de quibus vide dist. in pertotum Est tamen ab
batem Joachim qui ymaginabatur quod sicut lex
moysi attribuenda erat patri Et lex patris attri
buitur filio ita erit adhuc lex attribuenda spiritui
sancto Quia in quantum tercia persona procedit sicut unio
nexus et amor ambarum ... in lege
spiritus sancti Et si ipse hoc intellexit sic quod veniet
lex 3a in qua per hanc vita tamen spiritualiorem
transibit lex christi lex moysi in legem christi trans
lata est Tunc opinio eius est erronea quia extra
illam legem nullus salvabitur ut patet ex dictis
Si non vult quod fides christi vel lex eius erit
vel tangitur non patet lex spiritus sancti que
circa finem mundi quando ipsam recipient
Tunc ut dicit quidam doctor ... ymago

Liber Armenorum
est in libraria
fratrum ... visus per me ...

cius tamen talis erit. Cuius contrarium passim videri ex illius curam [?]
luce 18. Cumque dixit Christus de finali tempore loquens pro-
tas quod veniens filius hominis inveniet fidem super
terram. Ex illius etiam patet quod in nulla secta legi Christi
contraria impossibilis status salutis. Sed quod dogma-
tibus simplicibus non errantibus in articulis quos ex simpli-
citate inde tenentur videtur aliquibus quod eis suffi-
ciat quod quia ad alios inhereant humiliter superioribus
non magistrum sunt quam singularis presumpcione quod ut sic
errant. Sed magistrum plana vel misteri etc. quia per
scripserunt tunc cum non inherent eorum erro-
ribus personalibus sed fidei catholice. Et ideo videtur
quod per ignoranciam excusentur. Tamen nichil de hac
dico asserendo quia scitu difficile est. Sed cum pluribus
superioribus credunt et eis firmiter inherent
eumque excludendo informacionem de aliis ut de
eis dicitur videtur nimis extreme se habere et
propterea non omnino excusabiles esse. Ex quo patet
manifestum falsitatem esse opinionem dicencium quod quilibet
in sua secta possit salvari dummodo credat eam

Quod quilibet in sua secta salvari error

23

esse bonam et adeo ipsi deo placere et movetur
super multitudine dampnandorum et paucitate
salvandorum. Si opinio esset vera tamen deus
pronior sit ad salvandum quam ad dampnandum. Sed ut
celi alias impletur domus dei celestis tanta
paucitate electorum cum infernus qui longe ma-
ior est vix tamen sufficiat tot demonibus tantam
multitudinem dampnandorum. Nunc quid deus se-
culorum quemcunque videtur ut plures habeat mar-
tires vinctas pluresque patibulis affixas quam
habeat filii familiares et subditos. Cum divina
misericordia tamen non est minus nec mensura sustinere potest
tantum carnificum firmam tormentorum. Ad ista videt
dominus Willelmus [?] [illegible] et le. dicens quod
error iste indampnabilis habebatur et nisi [illegible]
tum dampnacionis. Si cum volens ambulare cor-
poraliter nollet propinqua prudenti possent sed magis

clausis oculis vel cecus audies modo quod quid mali ei ac-
ciderit iustissime ipsi imputari possit. Eodem modo si quis
vite voluit ad locum aliquem viam ignorans que ducit
ad illum cum scito aut habeat qui viam ei ostendit et du-
catum prebeant et neutrum istorum velit sed omnino
merito ei imputandus est error itineris. Quod
et hoc videtur genus esse animi contemptio. Velle
et multo fortius in via morum. Cum ergo nec proprio
sensu ubi eis proficit nec alieno ubi eis paratum
est aliquis consilio periculo spiritualia prevenire
noluerit merito eis imputanda sunt que eis acci-
dunt. Que autem tales querunt de multitudine dam-
pnandorum vel ad quid eum deus creavit. Cer-
tum est quod ex divitiis bonitatis eius eum creavit
et quod multa et magnifica bona contulit penas
vero aut tormenta nisi meritas et iustissimas ulli
umquam nec imposterum illatum est. Iusticia ergo dei
causa dampnationis eorum est sufficiens. Mala
vero merita quasi causa materialis sunt predi-
cationis ipsorum. Quare autem tam multi dampnantur Quare tam multi dampnantur et pauci salvantur
et pauci salvantur habemus exemplum in nobilibus et
mortalibus, in vilibus enim rerum et ignobiliorum
semper maior est multitudo quam preciosarum et nobi-
lium ut ferri vel plumbi quam auri vel argenti simili-
ter quercuum quam cedrorum vel palmarum. Eodem modo
stultorum hominum quam sapientum et malorum quam iustorum.
Item videmus valde paucos celestia regna ap-
petere et illuc tendere multos autem per abyssum
audire. Non ergo mirum si pauci illuc perveniant
et multi non perveniant. Si enim vides de
centum hominibus nonaginta novem tot studiis
ac viribus currere per viam ducentem ad mor-
tem paucos quoque currere per viam ducentem ad
vitam non mireris. Si magna illa multitudo
devenit ad mortem et parva illa paucitas
pervenit ad vitam. Hec et nunc pro reponendo concordet

Talis aut carnificia tormentorum nichil aliud non delec-
tat ipsum deum tamen nichil quam omnis ipsum delectet
ipsi placent tamen tormenta malorum et quia bona
sunt ut potestatiue eius et propter pulchritudinem
iusticie que in eis inestimabilis miranda est et
laudanda quod tanto delectabilius intuebuntur Cum
impiorum quod hic cogitent cum vel audiant quan-
to maior erit eis ibi amor iusticie atque cognici-
o quam hic Celi et quanto maior videbitur
ipsa diuine iusticie magnitudo Ex quibus per locum
appartione notitia sequitur maius ibi esse futurum
gaudium de aspectu sui intuitu pulchritudinis
diuine iusticie que ibi lucidissime conspicietur
quam esse gaudium de omnibus huius mundi gaudiis
si transferentur in vnum ut pulchre deducit
predictus doctor Ex hiis igitur patet quod extra
ecclesiam catholicam neque quando aliquis saluatur
que extra eam non est status salutis Omnis enim qui re-
cedit et non permanet in doctrina Christi deum
non habet 2 Jo 1 Et quibus aut personis Christi non habet
hic non est eius ad Ro 8 Et docet ecclesia sancta
aptissime Archa Noe comparatur et per eam fi-
guratur quod sicut in ea persone aliquot saluati sunt
Omnes aut extra eam existentes aquis diluuij perierunt
Gen 7 vnde beatus Gregorius in moralium 2 Jo 1 Quia
dixit Sola est que intra se positos valida caritatis
compage custodit Vnde et aqua diluuij archa
quidem ad sublimiorem sustulit Omnes aut quos
extra archam inuenit extinxit Sed in tantum quam
Hec igitur est sacrosancta ecclesia que omnes
filios in ea finaliter permanentes ad regnum melio-
rem transmittit eternum Quia ergo Amore
in hiis que fidei sunt et morum ac deum tem-
salutis eterne est de lege dei ordinata in regula
Vnde Christus dominus noster Gratis dixit petro Ego pro
te rogaui petre ut non deficiat fides tua Luce

22 et Mt 16 Ego dico tibi quia tu es petrus et super
hanc petram etc. vii 2 e q. j Sacrosancta dicit Licet sancta
hec sancta et apostolica mater omnium ecclesiarum Christi ecclesia que per dei
omnipotentis gratiam a tramite apostolice tradicionis nunquam
errasse probatur nec hereticis novitatibus depravata
succubuit Et in concordia norma fidei christiane
precipit ab auctoribus suis apostolorum principibus Christi
illibata fide tenus manet Et beatus Cyprianus in tractatu hec
est fides etc Et in Roma ecclesia que semper in ma
culata permansit domino et beato petro apostolo opem
ferente in futuro manebit sine ulla hereticorum
insultacione atque firma et inmobilis omni tempore per
sistet Similia habentur in multis aliis locis ibidem ex
quibus elicitur sacrosanctam ecclesiam Romanam nunquam
errare Sed quo et in qua acceptione huiusmodi nominis
ecclesia debeat hec intelligi est magna difficul
tas Non enim videtur per ecclesiam Romanam hic
debeat intelligi papa qui est episcopus Romane ecclesie
quia ut patet haberi ex cronicis plures notabiliter
erraverunt etiam in hiis que sunt fidei et de
necessitate salutis Idem Gratianus 13 di. hec
aut dicit quod decretales epistole et sanctiones Roma
norum pontificum sunt suscipiende si quelibet
precedencium patrum decretis nec evangelicis preceptis
ad contrarium invenitur Unde et anastasius
eadem. xix. videtur. 29 secundum suum errorem
divino nutu percussus est ut dicatur ibidem circa
Anastasius Eadem xix videtur quod per ecclesiam
Romanam in auctoritatibus illis non debeat intelligi papa
cum cardinalibus aut etiam toto clero Romano
Quia non apparet quare illos omnes errare non
esse possibile ymo dicitur quod tempore beati Hylarii
omnes illi infecti fuerunt heresi arriana Est igitur
advertendum quod ecclesiam errare potest uno modo in
telligi de errore circa ea que sunt fidei vel mo(rum)
per ante erronee ex statutum fidelium vel deci
sione eius quo desinit esse christianus vel fidelium//

Item etiam ecclesiam errare potest ad hoc multipliciter intelligi 2m
multiplicem acceptionem huius termini ecclesia. Nam uno
pacto intelligi hoc decretum prout dicit congregacio-
nem fidelium. Alio modo capitur pro papa et prelatis
cunctis ecclesie vel saltem principalioribus
2m acceptionem predictas ultimo tactas modo capien-
do ecclesiam. Primo dicitur quod impossibile est de
lege ordinata ecclesiam errare primo modo sic videlicet
quod quilibet viator erret in hiis que necessaria sunt
ad salutem eius vel errori qui obsistit saluti
patet quia hoc manifeste obviat scripture ut patet
per illud Matthei ultimo Ecce ego vobiscum sum omnibus
diebus usque ad consummationem seculi. Item per illud Luce
22o Ego pro te rogavi Petre etc. Item Matthei 16 dicitur
de ecclesia Et porte inferi non prevalebunt adver-
sus eam. Idem patet per canones allegatos qui etiam
fundantur super scripturam supra. Et 24 q. 1 pudenda
Ad secundum satis manifestum est si accipiatur ecclesia
non. Et si illi modi dicendi valerent tunc ubi esset
in finitum infinita confusio partium corporis Christi. Capitulum
17. quod error fuit opinio ponentium corpus Christi esse
sub speciebus panis per quandam partem sub intencionem domini
demonstratur ad quantitatem hostie consecrate patet
quia licet iste modus non sit impossibilis non est
tamen verus ut ostensum est quia si sit tunc non ubicumque
esset pes ibi totum caput Hylarius de Trinitate libro 2
ubi pes. Tertio ille modus non salvat debitam Christi
formam et figuram tollit enim decorem et speciosi-
tatem eius. Et non possunt salvari quomodo corpus Christi
frangeretur in fractione hostie. Capitulum 18 quod
falsa est opinio ponentium partes corporis se mutuo
penetrare vel unam in aliam esse confusive patet
ex dictis quia inter eas remanet debita habitudo et
ordo tamen fuit quantitate interdicta dimensive. Capitulum
19. quod error est opinio dicentium quod ut qualitercumque
hostia situatur semper caput manet sursum super col-
lum et pedes inde deorsum sub ventre patet quia
semper remanet ordo partium inter eas et in toto et per
hunc ordo superioris et inferioris quod est contra Jacobum
de alta villa. Nisi dicatur quod hic sursum et de-
orsum connotat habitudinem partium ad situm vel
locum sed hoc non in unum saltem quantum huiusmodi dicuntur
attribuuntur alicui simpliciter et proprie quia secundum
Aristotelem 2o de anima in plantis radices sunt sursum
quia ibi planta sumit nutrimentum. Sursum
enim est principium augmentationis. Deorsum autem
est pars opposita que superflua emittit vel tale
habet potentiam. Qualitercumque enim homo vel
aliud animal situatur semper caput est sursum et pe-
des deorsum. Ymo si homo poneretur extra celum
in spacio ymaginario vacuo adhuc vere diceretur
quod caput in eo esset sursum et pedes deorsum
sicut secundum philosophum 2o celi in ultima spera ponit
sursum et deorsum et in universo et tamen non continet

eis in habitudine ad situm quia non sunt in loco sicut
animalibus et plantis attribuuntur hunc modum dicit posi-
tionis sursum et non respective in ordine ad locum Ergo
in corpore xpi inveniuntur sursum et deorsum secundum
hunc modum potentie trinalis dimensionis s. ante et re-
tro dextrorsum et sinistrorsum et hec quo ad par-
tes eius et in intrinsecam dimensionem Cum illo
stat quod nulla illarum eis conveniat respective qua ad
partes sacramentales et hoc forte voluit doctor allegatus
Sequitur 20 quod cum sicud est aptio dicentium corpus
xpi non esse integraliter sub qualibet parte hostie
consecrate Quod est contra Egidium et tho. de argentina
qui dicit quod sit dabilis aliqua pars ita modica
quod in ea a toto separata non possit conservari species
panis et sub nulla tali est corpus xpi nec etiam
pars quia ubi pars ibi totum Sed ex illo videtur sequi
quod corpus xpi etiam non sit sub tota hostia patet quia
ex quo solum finite sunt tales partes signatur
gratia exempli quod sint tres a. b. c. tunc ex hoc non
totum corpus xpi est sub a nec etiam pars eius Simi-
liter nec sub b nec etiam sub c igitur nec erit
totum nec aliqua pars eius sub a b et c sed
quod est hereticum Ulterius sequitur 21 quod etiam
non est vera opinio ponentis corpus xpi quantum
esse in isto sacro non tamen quantitatem patet quia hec
simul partes extra partes in triplici dimensionali sit
quantitate due se penetrant ut dictum est Nisi
illi per modum quantitatis intelligant habitudinem
partium in ordine ad locum Tunc tamen est quod di-
cunt quia hoc sunt quando doctores concedunt
Sequitur 22 quod sicud est aptio ponentium corpus
xpi non esse pluries in pluribus partibus hostie
in toto continue sed bene admissum divisionem contra
thomam de argentina et patet ex dictis Sequitur 23
quod sicud est aptio dicentium illam transsubstantiationem
virtute sed naturali patet quia hec dicitur potentie
divina Nam ipse deus dominus per panem in corpus

sum conficit sacerdos aut solum ministerialis se habet Ex
quo sequitur 28. quod sed est apud quosdam hereticos
scilicet waldenses et Catharrarum qui negant nimia licet
scilicet cena dei patet quod dictis et in multis locis scribitur Se-
quitur 24 contra illos qui rationes humanas in hoc
sacramento inquirunt et humano sensu de hiis rebus
loquuntur et nichil credere volunt proprie in hoc
sacramento nisi sufficienti racione naturali hoc eis suadeatur
Contra quos dicitur in de cele. misse. Cum mar-
the Sicam contra quos vos dicit Damascenus libro 4o Sumat
suarum Si queris quomodo transsubstanciatio fiat Sufficit tibi pro
singulis audire matre quod querebat Quomodo fiat istud
quoniam virum non cognosco Spiritus sanctus superveniet
in te etc id est operatione sanctificante fiat opus incar-
nationis domini Similiter dico tibi quod operatione spiritus
sancti fit transsubstanciatio Sufficere tibi debet virginis quod
per fidem quam adhibuit angelicis verbis concepit dei
filium Sufficiunt ergo et nobis ea que de illa perpetuali
transsubstanciatione dicta sunt etc Sequitur 26 contra hereticos
qui aquarii appellantur qui solum aquam dicunt
debitam materiam sanguinis Sequitur dicitur 21. q. 3.
ca. Quidam Deinde sequitur 27 contra alios her-
eticos qui lac offerunt primo Sequitur de cons. di.
2a Cum omne Item 28. contra Catharos dicentes pa-
nem non esse benedicendum quod est factura dyaboli
Item 29 contra Artotiritas qui pane et caseum offe-
runt Sequitur 28 q 3a Quidam Item sequitur
30 contra grecos qui solum offerunt panem
fermentatum dicentes pane azymo non esse confi-
ciendum cum hic sit nulla sit mencio de ferme-
to etc Et quia oppositum patet hoc quod evangelistis Mathei mar-
ci et luce videlicet quod Christus in azimo confecit Ideo
aliqui eorum negant illos tres evangelistas Et dicunt
Johannem eos corripuisse quod falsissimum est in textu Se-
cundo etc Octava veritas Octavo sumitur

Ad percipiendum misterium veritatis

Ut ad percipiendum misterium veritatis accipi-
amus ipsum de sino quod accepit ipse de sino ista
est particula Octava Insigna ponitur Octava veri-
tas catholica et est ista Quod illud sacrum

Damascenus 4 sent
pulcre de tran-
substanciatione

sumitur ad perficiendum misterium unitatis et ut am-
plius declaratur quod ipse accepit demum id est hoc sa-
cramentum a Christo domino institutum est ad perficiendum id est
ad celebrandum unitatis misterium. Dicitur autem
misterium absconditum vel occultum secretum vel quod
occultum habet intelligentiam. Illud vero sacramentum
occulte et abscondite presignat seu figurat spiritualem
unitatem qua Christi fideles inter se coniunguntur et
connectuntur cum suo capite Christo. Nam sicut corpus
Christi ex purissimis virginis sanguinibus fuit forma-
tum ita et corpus Christi misticum ex omnibus sanctis
et iustis hominibus est constitutum. Item illa unio
talis designatur per formam panis ex multis gra-
nis ex multis racemis. Vel etiam ipsum verum corpus
Christi ex multis membris. Sic corpus Christi misticum
ex multis fidelibus constat ut patet de consecratione di-
stinctione 2a Quia passus. Dicitur etiam ut amplius de-
claratur quod ipse accepit demum. Est enim hoc sacramentum di-
vinitus nobis datum ut sicut in carne deus ipse
suscepit naturam nostram humanam ita in hoc sa-
cratissimo sacramento suscipiamus eum et ut sic eum
sumendo spiritualiter in ipsum transferamur sicut quod bea-
tus Augustinus in libro confessionum introducit Christum
loquentem sic: crescite quia magnorum cibus
sum et manducabis me non ego mutabor in te.
Unde et beatus Dyonisius de isto sacramento in
libro de angelica ierarchia circa principium
dicitur: Quod supremum divine eucaristie est ymago
illius fruitionis beatifice qua quietabuntur
tum perficietur in nobis illud propheticum: Satia-
bor cum apparuerit gloria tua. 2a additio
commemoratorum ibidem. Capitulum. // Nona veri-
tas Quod solus sacerdos potest conficere
hoc sacramentum.

Hoc utique sacramentum nemo potest conficere
nisi solus sacerdos qui rite fuit ordina-
tus. Ista est septima particula in qua
ponitur a catholica et est illa: Hoc sacramentum
nemo potest conficere nisi solus sacerdos qui rite

fuit ordinatus secundum clauem ecclesie / patet fundame
tum huius ecclesie secundum Brotulum accepit ex illo verbo
xpo ait 1o cor. 11 hoc quotienscumque feceritis in meam
memoriam facietis Ubi loquitur dominus Apostolis vel
ad minus non nisi discipulis quibus in ecclesia non
succedunt nisi sacerdotes 2 di. In nouo Idem
patet infra ad Cor. 10. ubi dicit Apostolus panis
quem frangimus nonne communicatio corporis xpi est
quem frangimus inquit nos Apostoli Si enim quilibet
fidelis posset conficere non ad aliud aliis frangere
sed quilibet posset de suo sacrificio communicare Et
illud est contra hereticos waldenses qui dicunt quod
laycus sancte conuersacionis qui est iustus potest hoc sa
cramentum conficere / Ad quod probandum inducunt
autem xpo qui ponitur 40 di. multi ubi dicit
Multi sunt sacerdotes et pauci sunt sacerdotes /
Multi in nomine et pauci in opere Et infra non omnis
sacerdos de sacerdocio sanctus est sed omnis sanctus est
sacerdos Et iterum infra Malus sacerdos de sacerdo
cio suo crimen acquirit non dignitatem Si ergo
omnis sacerdos habet conficere hoc et omnis laycus
sanctus est sacerdos sequitur propositum Ad quod dicendum
quod laycus sanctus eciam contemptiuus sanctus non est
verus sacerdos / et proprie / dicitur tamen in talibus auctoritatibus
sacerdos quia vnctus est gracia spiritus sancti vel quia
sacrificium dicatum prebet exemplo bone vite Iuxta
illud 1e petri 2. vos autem genus electum rega
le sacerdocium etc. Et Apocalypsi primo fecit nos regnum
et sacerdotes deo patri suo sed non capitur in propo
sito Sed per hanc ab episcopo secundum ecclesie formam conse
cratio etc. hoc cum potestas consecrandi fundatur
super caracterem sacerdotalem qui in collacione
ordinis sacerdotalis imprimitur et est secundum doctores
communiter indelebilis Ex quo sequitur quod quilibet sa
cerdos et solum talis possit hoc sacramentum conse
crare Et illud est contra Armenos qui dicunt
quod episcopus vel sacerdos committens fornicationem car
nalem perdit potestatem conficiendi et administrandi

sacra et quod bonus laycus illa possit / Ulterius dicit
quod si episcopus vel sacerdos formetur spiritualiter ut fiat
hereticus vel appostata a fide aut aliam penam committat
non perdit hanc potestatem Cum hiis aliquo modo concor-
dant waldenses Nam dicunt quod sacerdos in peccato mor-
tali existens non possit hoc sacramentum conficere Item isti eciam
sunt contra papisionos officium sacerdotale et sacerdocii
honorem mulieribus tribuentes quod est erroneum cum
nulla mulier eciam quantumcumque sancta ad sacerdocii dig-
nitatem sit ydonea atque apta / Unde in de pe. et
re. Nova dicit Innocencius 3us licet beatissima
virgo maria dignior et excellencior fuerit apostolis
universis non tamen illi sed istis claves regni celorum
commisit Dico ergo soli apostoli et eorum successores
vel ab eis rite ordinati hanc potestatem conse-
crationem habent et quilibet talis non obstante ma-
licia quacumque vel ecclesiastica pena Salvus enim
deus conservat pro dicto ad ministerium tamen sacerdotis
2o dominus deus ex ordinacione sua liberrima quam
pactum fecit cum ecclesia semper et regulariter facit
divino ibi concurrit aliam quemque ipse voluit intuere
ipse quod dicit beatus Augustinus in sermone doctoris ypo
et habetur de consecracione di. 2a vel et in 191
Intra catholicam ecclesiam in misterio corporis
et sanguinis domini nichil a bono maius nec a ma-
lo minus perficitur sacerdote quia non in merito
consecrantis sed in verbo conficitur creatoris plura alia
satis ad hoc pertinencia dicit ibi Augustinus quandam
auctoritatem et plures alias allegat magister eciam
di. 13 q. 1 ca. 1 que videantur ibi Ex quibus
patet quod nec heresis nec excommunicacio nec degrada-
cio vel quecumque alia pena ecclesiastica auferre potest
hanc potestatem consecrandi a sacerdote rite
ordinato patet quia ipse nullam illorum aufer-
tur caracter sacerdotalis ymo nulla prohibi-
cione nec constitucione pape vel cuiuscumque
alterius puri hominis ipse auferibilis patet
quia vel est forma absoluta aut impressa quam
omnes theologi communiter dicunt esse indelebilem Si aut

est persona ab eo qui uncta vel consecrata tur quia sig
tulit transsiuit imperfectum sequitur quod talis non potest de
sinere esse sacerdos quamdiu vixerit Et hoc iterum est
caracterem esse indelebilem Et ista sunt contra mul
tos canonistas credentes degradatum non posse confi
cere eukaristie sacramentum etiam si attemptaret cuius opinionis
fuit Joh. Simecus et Rufinus quorum opinionem recitat
Joh. theuthonicus ix q. j. in summa et reprobat et
hoc Bartho. Brixien. tamen in hoc negat et
male Est etiam contra Goffredum qui hoc idem tenet
in summa de cle. excom. Et contra Joh. Andree in de penis libro
6° degradatio ubi etiam dicit textum firmare sententiam
illorum opinionem qui tamen nichil penitus facit Contra
illud etiam videtur esse contra magistrum libro 4° di. 13
ubi videtur velle quod heretici precisi ab ecclesia non pos
sunt hoc sacramentum conficere Et hoc a multis negatur
Sed tamen magister potest ad bonum sensum intelligi quia
non videtur fuisse de primis intencione quia vi
detur loqui de hiis hereticis qui ita sunt perversi
et depravati quod non possunt habere bonam intencionem
nec etiam adhibeant sacramenti conficiendi vel loquitur ibi
solum aliorum opinionem recitando ut patet etiam clare
in textu Sed dicis tamen solus sacerdos potest hoc sacramentum
conficere Sed heretici et scismatici non sunt sacerdo
tes et symoniaci non sunt sacerdotes ut j q. j
Qui studet prius dare sacramentum ordinem recipere
sacerdos non est Sed in cont. dici tamen contrariis
libro 2° q. j Ordinationes dicitur quomodo ab uni
tate ecclesie sunt alieni extra pot. consecrare non
valet Item degradatus nam est sacerdos in arguendo patet
quod in capitulo preallegato de degradato dicitur in fine
quod episcopus dicere debet ad degradandum imponere
vestem sacerdotalem Auctoritate dei omnipotentis patris
et filii et spiritus sancti ac nostra tibi auferimus habi
tum clericalem et deponimus degradamus spoliamus
et exuimus te omni ordine beneficio et privile
gio clericali Ex quo patet contrarium Ad primum dicendum nodo

q̄ tales non sunt sacerdotes ut hic capitur Sed tamen in 10
modo aliter scilicet pro illo qui unctus est non solum a lapide sed
in visibili spiritus sancti gratia Sacerdos enim unctio
dicitur quasi sacer dux quod illi non conveniunt Ista etiam
potest dici quod non sit prelatus quia non prelatus est vel
loquitur non quo ad ordinem sacerdotii simpliciter
sed quo ad dignitatem excommunicationis qua utique tales
non habent vel intelligi non quo ad effectum primarium
ordinis sed quo ad secundarium scilicet gratiam quod non
conferunt qui recipiunt sacra a talibus recipiunt
et ideo dicit sed manent etc. Ad secundum dicit sanctus
thomas quod verbum canonis intelligendum est
quantum ad illos qui forma ecclesie non servant vel
quantum ad executionem vel quantum ad finis qui sacerdotes
illud cum possimus quod de cetero possimus vel
loquitur de consecratione qua a divinis conferri
que ad dampnationem patitur quam ad sanctificationem et
experientiam cedit Et eodem modo intelligi illud augustini
quod extra ecclesiam non est locus veri sacrificii quod
intelligendum est quantum ad effectum gratie vel quod
fit extra formam ecclesie Ad 3m dicitur quod de
gradans non potest caracterem delere vel auferre
Non enim ubi verum est quod quod potest ab instituta
liter imprimere hoc etiam potest instituali auferre
quia deus non potest eum in statuit instituit in amo
tione per intellationem Et illa regula similis
est destruere quam construere fallit in instituat
agente in sacris pro quo etiam facit illud Apostoli 2e
Cor. ultimo Non dedit deus michi potestatem in de
structionem sed in edificationem Ideo in forma degra
dationis non debet intelligi caracter ordinis
et alii ymaginantur sed dignitas ut dictum
est excommunicationis vel consilii Ulterius est ad
videndum circa illam veritatem quod notatur in
ea dicitur qui rite sunt ordinati et clavibus
ecclesie quod si quis non fuisset rite et debite quo

ad omnia ad sacrum ordinis requisita ordinatus ille non esset
vere sacerdos licet haberet caracterem sacerdotalem sicut patet
ut dictum est per tabulam consecrativa huius sacri nobi
lissimi Sed que sunt ista requisita est tamen difficile
quia visum est aliquibus magnis quod non requiritur or
do episcopalis ad collacionem sacramentorum ordinum sed quod
simplex sacerdos posset sacerdocium et omnes alios ordines
inferiores conferre Contraria multis apparuit et forte
hodie apparet quod ordo episcopalis nullam specialem potesta
tem consecrativam supra addat super simplex sacerdocium sed
solum exponit simplicem sacerdotem in potestate iuris
dictionis prelatum Sed hoc videtur satis difficile ad
sustinendum quia secundum hoc si simplex sacerdos acciperet
ipse conferret ordinem sacerdotalem vel aliud quod
ipse haberet quod non videtur esse verum Est igitur ul
terius advertendum de illis clavibus ecclesie concessis
de quibus hic fit mencio quod secundum Bonaventuram claves
accipiuntur hic methaforice et non proprie per similitudinem
clavium materialium que sunt instrumenta quedam
ad aperiendum et claudendum domum materialem
vel hostium Sed clavis spiritualis ad aperiendum
regnum celorum et discernendum de causa in foro
penitenciali Est tamen differencia quia clavis materialis est primo
et principaliter ad claudendum et secundario ad aperien
dum Sed de clave spirituali econtra // Consequenter
est notandum quod clavis spiritualis est duplex secundum quod duplex
est forum Unum est secretissimum in quo idem
est accusator et reus Aliud est publicum secundum
hoc ergo quedam est clavis spiritualis in foro in
teriori consciencie Alia autem est clavis spiritualis pertinens
ad forum exteriorem iusticie Prima vocatur clavis
ordinis quia consequitur ordinem sacerdotalem
Secunda vocatur clavis iurisdictionis Est tamen hic notandum
quod licet secundum veritatem clavis ordinis possit eciam
dici clavis iurisdictionis saltem considerando illam
in ordine ad actum vel usum ergo ut sic non
potest exire in actum nisi cum habens eam iuris
dictionem habuerit Tamen clavis pertinens ad forum exteriorem

iniste eo quod non habet nam spiritualem usurpat sibi nam
generale Et dicitur clavis iurisdictionis quam non potest conferri
sine iurisdictionem quibus iurisdictio huius possit conferri
sine ordine saltem sacerdotali eo quod multi habent
iurisdictionem sine ordine sacerdotali Et illa clavis iuris-
dictionis prout distinguitur contra clavem ordinis potest
sic describi Est potestas ferendi sententiam in foro conten-
tioso habens annexa alicui personae ratione beneficii
vel officii spiritualis Et hanc clavem conveniunt prelati
sicut Archidyaconis prepositis decanis et officialibus
etc Ex illis igitur patet quod ille claves iurisdictionis
sunt alie a clavibus ordinis quae separantur ab eis
cum inveniantur quandoque in non sacerdotibus ymo fre-
quenter laycis prout committi solet quando vidi offici-
ales uxoratos nullum sacrum habentem ordinem Sed
nunc multum apparet hoc satis difficile quo tempore
claves in laycos sunt transferibiles cum Christus
dominus nullam mentionem fecit clavium nisi solo
ad suos discipulos vel Apostolos Videtur ergo aliquibus
quod claves non sunt illo modo ab ordinis clavibus
distincte et quod nullus eas habeat nisi sit ad minus
sacerdos ymo aliquibus apparet quod nullus propria auctoritate
excommunicare possit nisi episcopus quod Christus numquam videtur
mentionem fecisse de clavibus nisi solo ad Apostolos et
ergo videtur quod illis solum et eorum successoribus
id est episcopis illis potestatem contulerit Episcopi enim ergo
sunt Apostolorum successores 21 di. In novo et aliis
Aut apparet quod beato petro potestatem plenariam
et ulterius harum clavium commiserit specialiter quia ad
eum dixit Mt 18 Si peccaverit in te frater tuus
vade et corripe eum inter te et ipsum solum
Si te audierit lucratus es fratrem tuum Si autem
te non audierit adhibe tecum unum vel duos
ut in ore duorum vel trium testium stet omne
verbum Quod si non audierit eos dic ecclesie Si
autem ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus
et publicanus Et statim post hoc subdit Sed do-
cis auctorum sit excludendo clericos inobedientes
et rebelles per excommunicationis sententiam alii glosa dicunt
Amen dico vobis Quodcumque alligaveritis super terram

erunt ligata et in celis et quecumque solueritis etc. Ex quibus
patet quod dedit apostolis potestatem ligandi et soluendi
Et non intelligitur hoc de potestate ordinis quia illam
dedit eis ut multis apparet post resurrectionem suam
quando insufflauit in eos et dixit Accipite spiritum
sanctum quorum remiseritis etc. Joh. 20. Beato autem
petro harum clauium potestatem principalem dederat
prius uel saltem promiserat quando ad eum dixit Mt
16 Et ego dico tibi quia tu es petrus etc. Et tibi
dabo claues etc. Cuius plenam dispensationem et
ordinationem illius potestatis sibi commisit Sed quod sibi
uel suis successoribus uidetur pertinere licencia sue maius
ecclesie regere et presidere Et est contra Armenos di
centes simplicem sacerdotem tantam habere auctoritatem
ligandi et soluendi quantam habuit sanctus petrus
Ulterius est notandum de clauibus ordinis de quibus
magis est appositum que consistunt in aperiendo
uel claudendo regnum celorum quod triplex ad
huc est clauis signandi Et sic non potest distin
gui de triplici claue discretionis uel sic licet
forte non quelibet illarum proprie dicatur possit cla
uis ordinis saltem prout nos accipimus ordinem
sed pro potestate recepta Prima est simpliciter principalis
Secunda non principalis sed tamen excellens Tercia nec principa
lis nec excellens sed particularis Prima soli deo
competere potest propter quod per se ipsum est ex se iustus
ymo ipsa iusticia Secunda quia iudicare est presidentis
Saluus autem deus est prius presidens Secunda vero potest
aliquis non potest committere sua auctoritate ita ut prima
iudicandi potestatem Secunda clauis potest intelligere quantum
ad duplicem dignitatem uel preeminenciam
unam quidem i.e. ubi tum causaliter iudicandarum Aliam
infirmitatem sine differentie et utraque preeminencia
potest competere illi qui nouit omnia merita et de
merita Et tunc hoc habet voluntatem nisi quia
confirmem iusticie diuine propter quod primo potest causaliter
causis sententiare Et propter sed cum summa potestate
esse simpliciter firma et irreuocabilis habet clauis

Scientie est xpo Hec pot esse in ecclesia militante sal-
tem congrue / Tercia aut clauis scilicet particularis que ad declarandas
tamquam ostendas et in forma conferendas ad formam fore
dam puta quod sit alicuius reuocabilis pot confessari ali-
cui in ecclesia militante Est aut duplex clauis in
ecclesia scilicet clauis scientie et clauis potestatis Clauis scientie
non est aliud nisi auctoritas cognoscendi uel discernendi
in causa aie latenti scilicet in foro conscientie Clauis
aut potentie est auctoritas formandi in eadem Exemplum
patet quod clauis ordinis in generali pot sic describi Est
potestas spiritualis in mente discernendi dicta in foro penali
et formandi super culpis et meritis penis satisfactio-
nis et relaxationibus earum Ex quo patet quod potestas
clauium non est iurisdictio ymo quod non quilibet habens
illam habet aliam Ex quo etiam sequitur quod non
quilibet sacerdos habet usum clauium propter quod usus
sequitur iurisdictionem Iurisdictio aut non est aliud
nisi speciale dominium uel platio alicuius super
curam super animas speciales quod platus dicit iste anime
sunt mee et michi commisse quo ad curam spiritualem
singulis habet exercere usum clauium in casibus pluribus
commissis Et dicunt aliqui quod ille claues possent
ab inuicem possent separari quo ad usum possibile
enim dubitare uni habentem exequendi actum unius
clauis sine alia Dicunt in casibus similibus possibile
dari uni potestatem cognoscendi uel discernendi sine exa-
minandi in eo et alia formandi potestas Sicut in
spiritualibus etiam Papa enim possibile uni sacerdoti committere
ut tantum discernat uel cognoscat sed non
ut formaret uel econuerso maxime quia talis habet uo-
luntatem inobliquabilem Sed circa hoc restat di-
fficultas utrum etiam ille claues sint ab inuicem
quo ad essentiam separabiles Ad quod est aduertendum
quod de hoc sunt due opiniones una est sancti
Tho Durandi et plurimorum aliorum quod sit tantum una
clauis secundum essentiam sed dicuntur due propter duos
actus et officia sacerdoti ratione eius officii competentia
Dicunt enim sol per unam uirtutem illuminat
et calefacit Ita et sacerdos per illam clauem primo pri-
mum unius illorum actum aliud presupponat et sic

sedm hoc ergo solum denotatur ex distinccione actuum
et non sunt aliud valet quam caracter sacerdotalis et 2m
illum modum non essent ab invicem separabiles 1o
tamen sit idem in re Graciis vero laudabilius et con-
sequacius ymaginantur quod sunt due potestates rea-
liter different inter se et a caractere sacerdotali patet quia
potestas caracteris sacerdotalis potest esse in aliquo sine
potestate clavium Sicut enim fuit in Apostolis quod caracter
sacerdotalis secundum doctores sacre communiter fuit collatus
Apostolis in cena domini potestas autem clavium post resur-
reccionem dicente domino Joh 12o Quorum remiseritis
peccata etc Similiter et nunc episcopus primus dicit
ordinatore sacerdotis Accipies potestatem celebrandi
missam tam pro vivis quam pro defunctis dans ei
calicem et consecratam cum inpositis panem manu
eius super caput eius dicens Accipe spiritum sanctum quorum
remiseritis peccata etc Ideo videtur quod quilibet sacerdos
prius tempore potestatem confitendi quam absolvendi Et
illi duo caracteres integrant unum totalem or-
dinem sacerdotalem Declaravit eciam patet ex verbo christi
Mt 16 Tibi dabo claves regni celorum etc
de potencia dei in ordinata possunt una ab alia separa-
ri sicut et prius tactum est Deus enim posset
unum committere auctem quam non di sine auctoritate (?) formandi
et esset commissio illa ordinata etc si esset in (?) quamvis
posset esse de potencia absoluta aliter (?) voluntate
tamen non ab equalem committere auctem formandi i
sine communicacione in causa de facto aut commit-
titur utrique cuilibet sacerdoti erranti (?) ad mag (?) con-
plete ordinato Et secundum hoc si caracter esset qua-
litas aie super addita Tunc ille due claves
sunt duo caracteres ab invicem separabiles i
modo dicto confirmatur tamen simul quando christus contulit
illis Joh 20 contulit ambas claves Si autem
caracter non est qualitas aie tunc non sunt
essencialiter distincte sed sunt una eadem habitu-
do qua scilicet est sermonaliter qualiter ex
divino precepto solum semel sol est faciendum
et dicuntur due propter duplicem potestatem scilicet formandi

et consecrandi Archa. in archidiaconatu anno
incendit per Ricardum libro xi de questionibus Armenorum capitulo 1
quod Christus dominus apostolis potestatem sacerdotalem et potestatem
clavium simul contulerit et non in cena nec post
resurrectionem sed quando eos apostolos vocavit et insti-
tuit. Unde dicebat ibi si placet vide. Sed adhuc
remanet difficultas de quibus clavibus textus
debeat intelligi quo dicitur qui rite sunt ordina-
ti habent claves ecclesie. Non enim videtur quod possit
intelligi de clavibus iurisdictionis quia preter consecrationem
illarum nulla potestas consecrationis aliqui concedi
tur possunt tamen in laycum ut dicit commentator
supra. Nec apparet quomodo convenienter possit
intelligi de clavibus ordinis quia tunc quilibet
sacerdos haberet. Sequitur videtur quod quilibet sacer-
dos habet potestatem conferendi ordinem sacerdo-
talem saltem de facto quamvis quod sit de iure quod non
videtur esse verum licet quidam hoc concedant.
Doctor Parisiensis quod dixit et tandem revocavit etc. Audivi siquidem quendam doctorem parisiensem qui
publice hoc tenuit in scola in cisterciensi hic
doctores in theologia male senserunt contra. Et eo
sequenti die cum revocasset. Posset forte aliquo modo
hic dici quod ille dicitur rite ordinatus secundum
claves ecclesie qui in sue ordinationis has cla-
ves recepisset. Nam secundum sanctum Thomam inseparabiliter
consequuntur ordinem sacerdotalem nec ille cla-
ves ordinis sunt in aliquo sine caractere sacer-
dotali verum est secundum ymaginatorum. Contra hoc nam
sufficeret quod secundum eum stare in casu quod habet pote-
statem clavium sine potestate consecrandi corpus Christi
ut patet ex dictis. Aliter ergo potest dici quod ille dicitur
illorum rite ordinatus qui est debite consecratus
secundum formam traditam ab apostolis eorumque successoribus
quibus Christus dedit illas claves ut hic dicitur
in textu sequenti vel per claves possimus in parte
intelligere non solum potestatem ligandi et solvendi
super corpus Christi misticum sed etiam potestatem conse-
crationis super corpore eiusdem quod habent apostolorum
Apostolorum successores. Ista omnia sunt contra dicentes
hereticos claves ecclesie contradicentibus. Similiter contra

quod solus deus et non sacerdos possit claudere vel ape-
rire dimittendo vel retinendo peccata Sequitur

Octava veritas // Quod xpus claves tradidit apostolis

Quas ipse concessit apostolis eorumque successoribus
dominus xpus Ista est octava conclusio in qua
ponitur octava veritas Et est illa quod claves
contulit xpus apostolis et eorum successoribus Ista
veritas manifesta est ex pluribus locis evangelii
Unde Mt ultimo dixit xpus ad apostolos Data
est michi omnis potestas in celo et in terra Euntes
ergo docete omnes gentes Baptizantes eos in nomine
patris et filii et spiritus sancti Amen Docentes eos ser-
vare omnia quecumque mandavi vobis Et ecce ego
vobiscum sum usque ad consummationem seculi Con-
stat tamen est quod cum illis personis quibus immediate
loquebatur non erat futurus omnibus diebus
usque ad consummationem seculi ergo hoc est intelligendum
non solum de eis sed etiam de eorum successori-
bus cum quibus poterat esse successive Ex quo
sequitur quod potestatem conficiendi sacrum eukaristie
similiter et remittendi peccata baptizandi et e-
vangelizandi in personis tunc presentibus sibi locutus
est etiam successoribus Ex quo etiam sequitur quod apostoli
successores essent futuri usque ad consummationem se-
culi Similiter et quod beatus petrus esset in sua
dignitate successores habiturus Item per hoc quod ipse
dixit docentes eos servare omnia quecumque man-
davi vobis satis ostendit se in personis eorum
potestatem clavium suis successoribus contulisse
Et ita scilicet ut ipsi possent sicut digni et filios
spirituales procreare Et frustra enim docent alios
consecrare docere baptizare atque cetera salutem
que omnia eis mandavit nisi aliquos docent
ad hoc sumenda potestatem accipere Unde constat
quod illi quos apostoli ad hoc ministeria prefecerunt
et etiam illi qui in suis gradibus legittime suc-
cesserunt vigorem per successionis vel ordinationis

Aut successionis hanc potestatem apostolicam acceperunt
quod in persona Mathie claruit quia statim post pas-
sionem electus annumeratus est cum undecim apostolis
ut legitur actuum primo Igitur petrus dare debuit
Et ita non dubium dotavit servare que deus sibi man-
davit scilicet gubernare oves christi pastorem Et per claves
ecclesie cum quod procederet aut solvere aut ligare quo
aut christus sibi mandavit quia frustra dare debuit
nisi aliquis in illa plenitudine dignitatis sibi
succederet Item cum christus dixit illas aut iterum
si omnes volens intelligere dixit sine declaratione
Sicut cum dixit ei tibi dabo claves regni
celorum et quodcumque ligaveris etc Non sibi perso-
naliter sed petro et suis successoribus dixit quia
summe sapientie non conveniebat quod tam nobilem
ordinem et tam utilem ad humanum genus salu-
tem instituit statim defuncto desineret in suo ex-
ordio et cum finali non dum adepta scilicet salu-
te omnium electorum propter quam sapientia ordinem
illud instituit sed ipsa ea finali permanente illius
ordinis exigenti Amplius post ipsa sui exordii
quam in eius primordio cum hac quod magis ille ordo erat
sue teneris modis amplius congruebat Illud idem
patet per innumeras auctoritates sanctorum doctorum et canonum
unde de hac Augustinus super Johannem Et ponitur 24
q. 1 Quoniam Et summa 24 q. de maio. et alle-
Salve et in cum filii sunt le. pro venerabile
de sen. et re. In ad apostolice li. 6o c et pas-
toralis in clemen Et per ista multorum hereticorum
errores destruuntur Primo namque contra illos
qui dicunt Successores apostolorum non posse li-
gare et solvere Et etiam contra illos waldenses et per
pseudo apostolos qui asserunt prelatis ecclesie non licere
aliquos excommunicare Similiter contra illos waldenses
qui dicunt solos iustos et sanctos sacerdotes
habere hanc potestatem de quibus est ex predictum
Item contra illos qui dicunt bonos non posse
excommunicare per sententias iudicis Qui quidem errores etiam
attribuuntur illi wicleff magistro Johanni huss nam

tarem constituit

Tamen non constat michi Item contra walden
di[ens]es se auctoritatem absolvendi l[ite]re a solo deo
Item dicunt q[uod] puri layci apud eos habent
p[otes]tatem clavium q[uod] f[als]um est quia sic dicitur
q[uod] illas deus concessit ap[osto]lis et eorum successo
ribus Sequitur

Prima veritas octave partis princi-lis et ultime Sacramentum baptismi confertur ad invocationem dei etc.

Sacram[entu]m vero bap[tis]mi q[uo]d ad dei invocationem et
individue trinitatis videlicet p[at]ris et f[ilii] et s[piritus]
s[ancti] confertur magna tam parvulis q[uam] adultis
in forma eccl[es]ie agnovimus q[uo]d rite collatum p[ro]
ficit ad salutem Et si post susceptionem bap[tis]mi
quisq[ue] lapsus fuerit in p[ecca]tum p[er] veram pot[est] s[em]p[er]
p[enite]n[cia]m reparari. Non solum aut[em] virgines
[et] co[n]tinentes v[er]um et[iam] coniugati p[er] fidem rectam et
operationem bonam placentes deo ad et[er]nam mere[n]
tur beatitudinem p[er]venire Ista est octava et
ultima p[ar]s principalis illius c[apitu]li In qua s[an]c[t]a m[ate]r ec[clesi]e
Ierarchia agit de misterio regn[er]ationis sp[irit]ualis Et di
viditur illa p[ar]s causa brevitatis in sex particu
las q[ua]m q[uod] in ea ponu[n]t[ur] sex catholicas et theologicas
veritates Quar[um] p[ri]ma est illa q[uo]d sac[ramentu]m Baptis[mi]
co[n]fertur ad invocationem dei ac s[an]cte m[at]ris ec[clesi]e
et individue trinitatis s[cilicet] p[at]ris et filii et sp[iritu]s
sancti Ista veritas manifesta est p[er] illud q[uod] stat
Math ultimo ubi xp[istu]s dixit ad discipulos dando
eis formam baptizandi Euntes ergo docentes
omnes gentes baptizantes etc Circa illam veritate[m]
est advertendum q[uod] baptizare grece idem est in la
tino q[uod] lavare Et sic baptismus idem est q[uod] locio
vel lavacrum Pro quo ulterius advertendum
q[uod] quamvis triplex sit baptismus proprie solum unus
est baptismus s[cilicet] baptismus fluminis qui fit
in aqua cum debita forma verborum a xp[ist]o
d[omi]no instituta et ille est sac[ramentu]m de quo dicit ap[osto]lus
ad Ephe. Alii duo non sunt proprie s[ed] per attributionem Sicut

vrina dicitur sana quia est signum sanitatis Et sic dilu
uium dicitur baptismus i petri 3o propter saluationem facta
et liberationem malorum a peste demonum que
ut fit in baptismo propter eandem racionem submersio
egypciorum et liberatio populi israel dicitur baptismus
ab apostolo prima cor. 10o vbi dicitur patres nostri
omnes in moyse baptizati sunt in nube et in
mari Similiter quedam oblaciones veteris legis baptis
mata habent modo dici puta ut aque lustracionis et
similia Dicitur eciam aliquid baptismus quod est disposicio
preparans ad baptismum nostrum ut baptismus Johannis
qui culpam vi operis operati non deleuit nec gra
ciam contulit sed tamen assuefaciebat et dirigebat
ad baptismum christi Ergo baptizati illo baptismo fuerunt
rebaptizati baptismo christi secundum communem doctorum
opinionem licet aliqui dixerint Si tales habuerint
fidem trinitatis non oportuit eos rebaptizari sed
sufficiebat quod eis manus imponerentur tales enim habue
runt ablucionem exteriorem et fidem trinitatis
qua insigniebantur quasi caractere Et quod suffi
ciebat eis manuum imposicio per quam spiritum sanctum
recipiebant propter hoc eciam samaritani de quibus
Actuum 8o non sunt rebaptizati Et isti de quibus Actuum
19 fuerunt rebaptizati quia non habuerunt fidem
trinitatis completam Et illius oppinionis videtur
fuisse magister De istis tamen acceptionibus baptismi
doctores raro loquuntur sed damascenus qui
nouem assignat genera baptismi Adhuc ali
ter baptismus secundum comparacionem ad effectum vel
baptismi et dicitur baptismus penitencie vel flami
nis i. baptismus sanguinis de quibus loquitur
Magister di. 4 c. eciam quia sicut effectus baptismi sa
cramentalis est mundacio culpe et ablucio
pene sic per penitenciam et martirium remittitur
culpa et pena simpliciter vel in parte Si
militer ut in martiria in parte ut in primo nam
quod susceptionem sacramenti baptismi excludit casus
necessitatis non contemptus religionis ut patet per magistrum

in decr. dei et allegatur infra de pbro no bapto
Aplica De martirio qz no min9 opatur passio xpi
ad salutem in eo qui ei cfarmatur forma stam
figualem reputatam sicut saltem suscep tam
qz in eo qui confirmatur forma scdm signa
lem reputatam sz in martirio suscepto p xpo
namque martir conformatur xpo pass9 qm vz
ad realem passionis suscepcionem In bapmo aut
solum conformatur scdm figuralem reputa
tam igitur non minus opatur ad salutem mar
tirium qz bapmus ac Sz circa hunc bapm
est difficultas an pueri nati dum bapti
qui p xpo occiderentur essent constitu salutis
nec saluarentur vel utrilibet cum ille bapmus
sanguinis haret locum Et videtur multis doctori
bus placuit qz sit videlz qz omps et misericors
deus talem sanguinis effusionem pro nomine suo factam
acceptaret et in eis originale peccatum p circumcisionem
gre infusionem deletur Et ita videtur fuisse fcm
In Innocentibus saltem aliquibus qui p xpo ab
herode sunt interfecti occisi In libro viij qm in octa
uum diem in quo circumcisio scdm preceptum dei
fieri debebat occisi sunt et hoc satis pium est
credere Ricus aut Ardmachani lio 8 sub questionibus
armenorum ca 31 aliter dicit sentit dicens Quod
in fantibus vero non circumcisis ab herode occisis
quibus constat sacro saluti caruisse plura astruit
qz saluati non erant licz circumcisi De eis salua
ri dicunt qui non circumcisi non erant Inno
centes sz pueri et constat salui obiiciat maiestatem
te Ajasbely cum pueri tam circumcisa non
fuit pibit de populo suo Circumcisi vero
decies Innocentes erant Et ideo eccclesie festum
illud Innocentium appellatur nec m videtur dicit
ille doctor iuxta scripturam nobis traditam q illi
circumcisi non occisi aut quod bapti infantes
statim morientes licet sz admodum nuncquam dici possint
hic dicit ille iuxta scripturam sacram nobis

traditam et legem divinam a deo datam veterem et
antiquam Utrum vero deus occulto suo iudicio cuiquam am
plius sit daturus nec negare presumo nec temere
affirmare Licet ille primus autem dicatur baptismus fla
minis inceptum cor hominis motu afflatu sancto crede
ndum et diligendum deum et penitendum de peccatis
per quod etiam dimittitur culpa Et sic primus et mai
orum dicitur baptisma Ulterius est advertendum quod
baptismus dupliciter diffinitur Nam secundum magistrum Hu
gonem de sancta victore diffinitur sic Est aqua
abluendis criminibus apta per verbum dei sanctificata In qua
diffinitione tanguntur materia forma et finis et for
ma baptismi Sed magister capit baptismum pro tinctione vel ab
lutione corporis et secundum hoc sic diffinitur per
eum Est ablucio corporis exterior facta sub forma
verborum prescripta Et intelligitur sic Baptismus est
ablucio hominis nec actualiter nec virtualiter dissen
cientis facta in aqua elementari cum alio debita
verba ad hoc ordinata prolata cum intencione
faciendi quod ecclesia intendit significativa effica
citer ex institucione divina ablucionis nec autem ista
diffinicio potest declarari quantum ad singulas particulas
Sed omitto causa brevitatis Capitur autem ibi ablucio
pro lotione corporis vel contactu aliqua non pure
distinguitur contra lotionem et includit amotionem
sordium acoris etc. Supponitur igitur iste terminus
baptismus pro ablucione illa quociens de eo certa que in
diffinitione ponuntur Et illa ablucio est materia
propinqua baptismi Alii dicunt quod non sit aqua nec
etiam ablucio talis sed aggregatum ex ablucione et
forma debita / Dicitur tamen ad hoc sicut vel
medicina contra morbum culpe sicut ista dicitur unum
quodlibet determinatum ordinem ad eundem effectum.
Ex illis patet quod in similibus materia et forma capi
untur improprie quia materia est quod in potencia ut
patet ex ii et 8o methaphisice forma quod in actu que
duo simul iuncta faciunt unum per se sic non est
in proposito de materia et forma sacramentorum ut patet Omnia
tamen vera sacramentalia sicut predicabilia etiam post adventum adeo

sensibiles materia Unde Aug(ustinus) sup(er) Joh(annem) et po(nitur) q(uestione) i. de
con(secratione) d(istinctione) Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum De-
tunc hec dicta quod diffinicio magistri hugonis et hugonis
essent materiales et debite intelligende et complende
Unde diffinicio magistri sic debet intelligi Baptismus
est sacramentum quod consistit ex tinctione exteriori corporis per
aquam debita intencione facta et forma verborum
prescripta etc. Similiter et diffinicio hugonis est
sacramentum quod fit per aquam et verbum dei etc. In quibus
diffinicionibus sic intellectis patent omnes cause ut
patet et ideo dicuntur complete describere illos. Ulterius
est advertendum de forma huius sacramenti quia illa tangitur
in ista veritate. Loquendo namque de forma debita
romana ecclesia est illa Ego te baptizo in nomine
patris et filii et spiritus sancti Amen patet hoc quia hic
dicitur in textu quod hoc sacramentum conficitur ad invo-
cacionem dei et individue trinitatis p. et f. et s.
s. Unde et christus dominus sacramenti huius formam tra-
dens suis discipulis ait Ite docete omnes gentes
baptizantes eos in nomine patris et filii et s. s. agt
ulterius Idem habetur expresse de con. di. 4 c. Si quis
nodo ubi dicit Zacharias papa Firmissime pre-
ceptum est et doctum quod quicunque sine invoca-
tione trinitatis iussi fuissent quod sacramentum regeneracionis
non haberent quod omnino verum est. Et ibi dicit quod in tua
synodo firmari voluerunt sacerdotes ut quicunque
una de trinitate personarum in baptismo non nominaverit
verum non esse etc. Sed circa hoc oritur magna diffi-
cultas Nam videtur quod forma predicta non sit
necessaria ad baptismi collacionem quia tempore apostolorum
fideles baptizabantur in nomine ihesu christi iuxta
illud petri Actuum 2o Baptizetur unusquisque
vestrum in nomine ihesu christi in remissionem peccatorum
vestrorum Et alibi in nomine domini ihesu iuxta id actuum
8uo Nam dum tunc in quemquam illorum venerat sed
baptizati tantum erant In nomine ihesu ut habetur actuum 10 et
19. Item quia hoc videtur esse quod dicitur de con. di.

de . A quadam ubi dicitur Aug. videt multos baptizatos
asseritque et qui male agentes sunt consulit hiis qui fratres
in nomine trinitatis sancte vel in nomine Christi
sicut in actibus apostolorum legimus baptizentur bapti-
sunt unum eundem idem quod est ut sanctus exponit Ambrosius
et allegat magister in 4° di. 3a ubi etiam beatus Am-
brosius videtur velle quod ad unius trinitatis personam ex-
pressionem verum conferetur baptismus dummodo fides
trinitatis teneatur ut patet illud que dicit vide-
tur esse contra canonem in synodo allegatum
qui dicit consimiliter dicunt Nam magister ubi
supra propter auctoritatem Ambrosii videtur velle quod
si baptismus conferretur in nomine Christi sicut in primi-
tiva ecclesia fuit collatum verus esset baptismus vel
si aliqua alia divinarum personarum nominaret
nisi forte hoc fieret per ignorantiam aut erro-
rem inducere intendens Et hoc etiam tenent
plures Canoniste ut Joh. theu. in canone A
quodam de consecratione di. 4ta ubi dicit quod baptismus in nomine
trinitatis collatum non valet Et in hoc concordant
sancti theologi quod per hoc non intelligitur nisi
trinitas personarum unitas Sed in hoc nomine Christus
intelligitur unctus ungens et a quo ungitur Sed
tenent communiter de baptismo Si quibus quo ad nomen
Christi Similiter Innocentius et Hostiensis Dicit tamen
communiter quod hec forma non est ex arte servatur de commu-
nicatione que assumpta est de evangelio Sed tamen non
videtur esse verum ut patet ex dictis quia a Christo est
tradita ut etiam patet de consecratione di. 4a Multi et canon
in synodo Constantiensi dicit ille communiter Si licet for-
mam illam immutare i multas hec sicut quibus
libet possunt tamen sedes rerum contra posse extravaga
tunc aliam formam sicut alias statutum fuit in
nomine Christi baptizare Cum concordare videtur Franciscus
de Zabarellis in canone 1° de baptismo et eius effectu
Dicit tamen quod talis mutatio non est finale sed
videtur in mutari velut status ecclesie quod non
est parendum propter sinodalium Sed salva illorum
doctorum reverentia ista non videtur esse vera

quia sicut papa non potest immutare materiam sacramenti
baptismi ita nec formam quia forma principaliter est
sacramentum ut dictum est. Ideo etiam dicitur forma sicut
forma imposita naturali prius dictum est quam materia. Non enim ideo
quod dominus papa aut etiam tota ecclesia etiam cum spiritu sancto simul
capite scilicet Christo posset facere aut statuere quod sacramentum
baptismi quod non potest dari nisi in aqua naturali posset
in vino vel aliquo alio liquore mixto vel ele-
mento conferri quia omnia sacramentorum papa nec
ecclesia non potest immutare ut ex consequenti deducit doc-
tor solemnis Henricus de Gandavo quolibet quinto
q. 30. Quod enim institutum est auctoritate superioris hoc
mutare non potest auctoritas inferioris. Ita autem forma
ex a Christo domino tradita est ut patet ex dictis. Igitur
auctoritate pape qui utique inferior est Christo non potest
immutari. Et ideo dicit Bonaventura theologie do-
ctor et plures alii doctores theologie quod si tamen aliquis
baptizaretur in nomine Christi non valeret baptismus
quia tunc una pars fidei in ecclesia tunc in baptismo
fit professio unica dicitur esse forma baptismi. Quod autem
apostoli in primitiva ecclesia in nomine Christi baptizabant
hoc non fecerunt propria auctoritate apostolorum sed ex divina
dispensatione qui ipsis illo tunc istam dedit virtu-
tem. Cuius una ratio est quia hoc nomen Christus in-
portat implicite personas divinas per quandam cor-
respondenciam effectuum ad causam. Hoc enim nomine
Christus significat filium dei quia spiritus naturam
humanam unxit et dat unctionem patri a quo
unctus est et spiritus sanctus quo unctus est. Et sic
implicite exprimebat tunc formam predicti. Alia ratio
fuit quod nomen Christi fuit ignotum et contemptuosum
ut pote crucifixi. Oportuit ut notum fieret et
publicaretur et in veneracione haberetur. Tunc temporis
